DE COMPARATIONIBUS ET METAPHORIS APUD PLUTARCHUM

SCRIPSIT

A. I. DRONKERS.

DE COMPARATIONIBUS ET METAPHORIS

APUD PLUTARCHUM.

DE COMPARATIONIBUS ET METAPHORIS APUD PLUTARCHUM.

DISSERTATIO LITTERARIA

QUAM

EX AUCTORITATE RECTORIS MAGNIFICI

HERMANNI SNELLEN,

MED. DOCT. IN FAC. MED. PROF.

AMPLISSIMI SENATUS ACADEMICI CONSENSU

ET

NOBILISSIMÆ FACULTATIS PHILOSOPHIÆ ET LITTERARUM DECRETO

pro Gradu Doctoratus

SUMMISQUE IN LITTERARUM CLASSICARUM DISCIPLINA

HONORIBUS AC PRIVILEGIIS

IN ACADEMIA RHENO-TRAIECTINA

RITE ET LEGITIME CONSEQUENDIS

FACULTATIS EXAMINI PROPONET

ABRAHAMUS IANUS DRONKERS,

MEDIOBURGENSIS.

D. V M. JULII A. MDCCCXCII, HORA I.

TRAIECTI AD RHENUM

APUD I. VAN BOEKHOVEN

MDCCCXCII.

PARENTIBUS

OPTIMIS CARISSIMIS

SACRUM.

Academiae valedicturus lubentissime hanc arripio occasionem, ut grati animi fungar officio erga vos, viri clarissimi, quorum egregia institutione usus sum.

Ante omnes ad te me converto, promotor honoratissime, clarissime VAN HERWERDEN! *Mente cum revolvo, quot, cum per omne illud tempus, quod in hac universitate versatus sum, tum in hac dissertatione conscribenda, a te acceperim benevolentiae specimina, quomodo monitis tuis me adiuvare semper paratus fueris, summas tibi agere gratias mihi est religio. Persuasum tibi habeto me numquam obliturum esse, quantum optimis tuis praeceptis debeam.*

Tu quoque, clarissime WIJNNE, *sinceras accipe gratias pro singulari, qua me semper prosecutus es, benevolentia nec non pro egregiis tuis lectionibus, quibus me interfuisse semper gaudebo.*

Nec minus, studia mea Academica respiciens, tibi, qui nunc es rude donatus, me obstrictum sentio, venerande

—

senex, clarissime Francken! *Tuam cum utilissimam gratissimamque institutionem tum benevolentissimam comitatem et humanitatem omnes scimus gratique numquam obliviscemur discipuli.*

Nec vos omittendi estis, praeceptores praeclari gymnasii Medioburgensis! Vos primi studii litterarum amore me imbuistis tantaque semper et in gymnasii tirocinio et postea vestra ergo me fuit benignitas, ut fere dubitarem, utrum praeceptores potius vos dicerem an amicos. Amicitiam vestram me semper maximi facturum esse vobis sit persuasum.

Vos denique mihi compellandi estis, commilitones et amici coniunctissimi! Quorsum nos nostra fata devocabunt, amicitiae vinculum, vobiscum contractum, ut in dies magis magisque confirmetur, equidem vehementer opto. Valete omnes meique ne sitis immemores!

INDEX.

—

———————

INTRODUCTIO.

INTRODUCTIO.

Cum nostra aetate multi iam libri[1]) prodierint de oratione figurata apud singulos scriptores Graecos, de Plutarcho vero tale opusculum, quantum scio, nondum exstet, mihi proposui metaphoras et comparationes, quae in eius scriptoris operibus inveniuntur, ordine digerere, tractare, ubi opus fuerit, explicare. Ad rectius autem iudicandum, quid Plutarchi in iis proprium sit, mihi pauca prius dicenda esse videntur de imaginum usu apud antiquiores scriptores. Agere praetermittam de metaphoris, quae proprie dicuntur (quales sunt νοσεῖν, ὑγιαίνειν), quarum varius usus, praesertim in pedestri

1) L. Morel: Essai sur la métaphore dans la langue grecque, Genève 1879.

Pecz: Systemat. Darstellung der Tropen des Aeschyl., Sophokl. und Euripides, Berlin 1886.

Rappold: Beiträge zur Kenntniss des Gleichnisses bei Aeschyl., Sophokl. und Euripides, Wien 1886.

Pappenheim: Die Tropen der Griechischen Sceptiker, Berlin 1885.

Straub: de tropis et figuris, quae inveniuntur in orationibus Demosthenis et Ciceronis, Aschaffenburg 1883.

H. Blümner: „Die Metapher bei Herodotos", in novis annalibus 1891. pag. 9 sqq.

L. Morel: de vocabulis partium corporis metaphorice dictis, Lipsiis 1875.

Bauck: de proverbiis aliisque locutionibus ex usu vitae communis petitis apud Aristophanem comicum, Regimontii 1880.

M. Nassau Noordewier: Metaphorae Aristophaneae, Lugduni-Batavorum 1891.

C. F. H. Coenen: de comparationibus et metaphoris apud Atticos praesertim poëtas. Dissert. Rheno-Traiectina 1875.

H. Blümner: Studien zur Geschichte der Metapher im Griechischen, Leipzig 1891.

sermone, in quo saepius propriae significationis memoria paene omnis evanuit, tantum ad orationis genus magis minusve ornandum pertinet.

De comparationibus igitur, quae novum aliquod cogitationis momentum sententiae addunt, pauca ante disseram. Ut ab initio incipiamus, epos quod dicitur, duobus modis comparationibus utitur.

Primum, quo popularem suam originem testatur, facta, quae simpliciter narrata non satis auditores commoverent, et observationes de rebus incorporalibus Homerus illa illustrat, has quasi corporat. Sic legimus in Odyss. IX, 384 sqq. Ulyxem sodalesque eius Cyclopis oculum sude praeusta exterebrasse, ὡς ὅτε τις τρυπῷ δόρυ νήιον ἀνὴρ τρυπάνῳ, οἳ δέ τ'ἔνερθεν ὑποσσείουσιν ἱμάντι ἁψάμενοι ἑκάτερθε, τὸ δὲ τρέχει ἐμμενὲς αἰεί. Qua comparatione magis etiam horrescentes sentimus, quanto dolore ille agendi modus Cyclopem affecerit. Alibi, quod sit exemplum de re incorporali quasi corporata, eloquentia Ulyxis comparatur cum nive crebro cadenti (Il. III. 222). Sic nobilis illa imaginum series Il. B. 455—480 nobis deinceps ante oculos ponit splendorem armorum, multitudinem innumerabilem, alacritatem studiumque pugnandi, aciei instructionem exercitus ad pugnam proficiscentis.

Secundo carmen epicum comparationes adhibet ad exornandam atque variandam, ad conspergendam quasi imaginum floribus narrationem sine his languidiorem atque uno eodemque tenore procedentem, ad μονοτονίαν levandam. Cuius usus exemplum ponamus Il. III. 2, ubi legimus Troianos progredi adversus hostes, gruum instar clamantes. Deinde adiungitur excursio de gruum

et Pygmaeorum pugna, quae, quamquam per se delectationis plena, omnino non cohaeret cum re, unde oratio exorditur. Sic μονοτονία in proeliis describendis saepe iucundissimo modo comparationibus evitatur. Cf. v. c. Il. XVI. 258, 298, 352, 385, 405, 428.

Inter haec duo genera vero fines terminique certi constitui nequeunt habetque utrumque suam utilitatem. Nam cum illud necessarium est ad cogitationem lucide significandam, hoc potius est additamentum auditoribus pergratum ad molestiam continuae narrationis tollendam. Simul comparationum usu evenit, ut ad auditores delectandos res tangantur vulgares, quae cum epici carminis argumento proprie non conveniunt. Unde fit, ut eae ipsae comparationes multum adiuverint ad cognoscendam Graecorum iis temporibus vitam.

Iam venimus ad tragicos et lyricos poëtas. Quorum in mentes, divino quodam visu praeditas, omnium, quas terra, mare, coelum praebent, pulcrarum rerum imagines intrant. Itaque per se intellegitur hos plus etiam, quam epicos, actiones, ingenia, condiciones imaginibus illustrare.

Quod attinet ad pedestris orationis scriptores, hi accuratam ipsius obiecti descriptionem dare praeferunt. Imagines igitur, quibus utuntur, praecipue ad docendum valent et ad conclusionem faciendam adhortantur. Sic Socratis dialogi, memoriae mandati in Xenophontis memorabilibus, fere omnes imaginibus continentur. Item Plato, quotiens orationem suam poëtico quodam colore imbuit, crebras imagines habet. Apud oratores contra, praecipue apud eos, qui *tenuis generis* audiunt, raro inveniuntur, neque etiam apud ceteros nisi parce

adhibitas offenderis. Inspiciamus exempli gratia orationem Demosthenis Philippicam tertiam, quae in editionibus paginas XXI (110—131) implet. Est sane ea oratio gravis, maxime idonea ad auditores commovendos, at sex tantummodo comparationes in ea occurrunt. Nempe § 17 Philippum comparat cum homine, qui machinas parat bellicas, nondum vero ad moenia adducit; § 29 periculum, quod a Philippo minatur, cum accessione confert pestilentiae etiam in illos, qui sibi ad tempus a periculo longe abesse videntur, invadentis; § 30 Philippum se gerere dicit tamquam servum aut filium subditicium, qui ea, quae nihil ad ipsum attineant, perdat atque vastat; § 33 Graecos dicit Philippi iniurias ferre, quo modo grandinem, calamitatem natura illatam, quam prohibere non possint; § 39 patriae amorem dicit tamquam in foro venalem esse; § 69 cives adhortatur, ut patriam servent, dum sit incolumis, comparans eam cum nave, cui curam impendi a nautis oportet, antequam fluctibus obruta est.

Sunt autem, ut legenti apparebit, omnes hae comparationes admodum perspicuae, ab argumento non alienae neque aptum numerum excedentes. Ergo statuere possumus probos scriptores iustum plerumque modum in comparationibus tenuisse, licet pro argumento, quod tractatur, imaginum numerus differat. Quod idem de Plutarcho, de quo iam videbimus, affirmari non potest. Iam statim, primo quoque eius operum inspecto, apparet eum hac in re non observavisse τὸ μηδὲν ἄγαν, rectissimam illam cogitandi scribendique normam. Sumamus exempli gratia disputationem *de multitudine amicorum*, qui libellus exstat in editi-

onibus pag. 93—97. Habemus in his quinque paginis non minus quam viginti comparationes. Nempe pag. 93 C. eum qui, cum ne unam quidem firmam teneat amicitiam, metuat ne imprudens in copiam amicorum incidat, comparat cum mutilo caecove aliquo, verenti ne in centimanum evadat Briareum aut Argum illum oculorum multitudine nobilem. Hic nemo comparationem desiderabit; at si omnino scriptor adiungere voluisset, quaerenda ei fuisset gravior aliqua et elegantior comparatio ad sententiam ornandam. Idem valet de plurimis, quae sequuntur. Pag. 93 D. studium multorum amicorum acquirendorum cum inconstanti lascivarum mulierum amore comparat [1]). Qua tamen una comparatione hic non satis illustrata ei videtur oratio. Itaque alteram imaginem adiungit, eum qui cupidissime novas amicitias semper appetat comparando cum Hypsipylae alumno illo, Archemoro, nunc hunc, nunc illum florem carpere cupienti; pag. 93 E. ut est sermone simplici et tenui parum contentus, *ab initio incipere* ambagibus significat scribendo ὥσπερ ἀφ' ἑστίας. Deinceps exaggerata et ineleganti, ut mihi quidem videtur, imagine ab animalibus petita, amicitiam animal esse dicit societatis amans et pascens cum altero, non vero armentale, ut boves, nec gregale, ut graculos; pag. 93 F. benevolentiam et gratiam cum virtute coniunctam pecuniam vocat, qua amici comparantur. Continuo sequitur comparatio a fluminibus ducta. Amicitiam enim, si in multos dissipetur, evanescere dicit, sicut amnes, in multos divisi alveos, inertes fluunt ac tenues; pag. 94

1) Verba contextus iure offenderunt criticos. Quibus rationibus homines docti corruptelas sanare conati sint, in singulis comparationibus tractandis exponemus.

B. multos divitum amicos comparat cum muscis in culinis. Abeunt enim sublata hae esca, illi utilitate; pag. 94 D. eos qui non explorati se pro amicis insinuaverint instar pecuniae inprobae esse ait. Laetamur, si excesserint: si accesserint, procul esse volumus; pag. 94 D. malum amicum comparat cum cibo pernicioso ac molesto, quem nec sine damno et dolore possumus retinere, nec, qualem sumpsimus, eiicere; pag. 94 E. dicit nobis in amicitiam non admittendos esse eos qui se nobis applicent, sed potius eos esse adsumendos, quos experti simus dignos esse amicitia usuique futuros, sicut erica aut rubo, quae nobis adhaerescunt, ab amplexu olivae aut vitis dimotis, ad ipsam olivam aut vitem tendimus; pag. 95 A. veram amicitiam, quae coniungit homines atque continet, confert cum fici suco, quo lac coagulatur; pag. 95 C. occasiones rerum agendarum dicit, sicut ventos navigantibus, aliquando esse adversas, aliquando secundas; pag. 85 E. eos qui multos amicos habeant ideoque multis inservire debeant confert cum Briareo, centum manibus cibum in quinquaginta inferenti ventres; pag. 95 F. dicit amicitiam non, ut rudentem nauticum, modo laxandam esse, modo adstringendam. Sed quid diutius pergam imagines enumerare? Hae omnes inveniuntur in tribus prioribus paginis. Est, ut opinor, iam luce clarius Plutarchum aliam semper imaginem alii superaddere ea copia, ut dubites utrum magis earum varietatem an multitudinem paene infinitam stupeas. Quae autem imaginum coacervatio maior est in operibus moralibus, ubi ipsa rerum enarratio nimiam illam copiam fere excludit, quam in vitis parallelis et sine dubio cum loquacitate, quae

ei est propria, cohaeret. Cuius vitii et ipse sibi conscius fuisse videtur. In vita enim Solonis c. 7. philosophicae excursioni de narratione quadam Solonis, in capite sexto exposita, simplicissime addit: καὶ ταῦτα μέν, ὡς ἐν τῷ παρόντι, πλείονα τῶν ἱκανῶν.

Sed praeter nimiam abundantiam etiam aliis vitiis laborant eius comparationes. Sunt nonnullae ab argumento plane alienae, vel exaggeratae vel ineptae vel obscurae, quemadmodum iam ostendimus aut infra uberius ostendemus.

Metaphoras et comparationes, quas mihi recensendas explicandasque proposui, praesertim ex operibus moralibus petivi in iisque exponendis secutus sum eandem dispositionem, quam H. Blümner in libro, qui inscribitur: Studien zur Geschichte der Metapher im Griechischen, Leipzig 1891.

Prior igitur pars continebit metaphoras et comparationes ab homine eiusque vitae ratione petitas, altera pars complectetur eas, quae sunt a natura desumptae. Quarum in tractatione metaphoras identidem primo loco ponam.

Non huius loci esse putavi multis verbis loqui de quaestione, quae opera sint genuina, quae spuria. Satis habui locos, ex spuriis aut dubiis eius scriptis laudatos, asterisco notare. Plura hac de re inveniri possunt in libro R. Volkmanni, qui inscribitur: Leben, Schriften und Philosophie des Plutarch, Berlin, Calvary, 1869; in W. Christii Geschichte der Griechische Litteratur pag. 485—495; in: „Handbuch der Classischen Altertumswissenschaft" edidit Dr. Iwan Müller, Nördlingen 1889.

Metaphorae et comparationes ab homine petitae.

Rex ipse mundi, homo, tota eius vitae ratio, quaeque cum ea cohaerent, artes, quas exercet, denique omnia, quae domi forisque agit, amplam metaphorarum et comparationum materiem cum antiquioribus, tum recentioribus auctoribus dederunt.

Plutarchus quoque creberrimas metaphoras ab eo deprompsit. Primum videamus de usu metaphorico singularum corporis partium.

§ 1. Metaphorae a corpore humano ductae.

In vita Arati c. 24, pag. 1038 C. eius generis comparatio occurrit. Dicit ibi Plutarchus Aratum censuisse, urbes ab iis rebus, quae foederis societatem divellant, perdi, augeri autem aliam ab alia et omnes mutuo, cum velut magnae cuiusdam universitatis partes communi foveantur consilio, comparans eas cum membris corporis, viventibus et conspirantibus, dum invicem sibi haerent, tabescentibus contra, si avelluntur a ceteris et

separantur: ἡγεῖτο γὰρ ὁ Ἄρατος ἀσθενεῖς ἰδίᾳ τὰς πόλεις ὑπαρχούσας σῴζεσθαι δι' ἀλλήλων ὥσπερ ἐνδεδεμένας τῷ κοινῷ συμφέροντι, καὶ καθάπερ τὰ μέρη τοῦ σώματος ζῶντα καὶ συμπνέοντα διὰ τὴν πρὸς ἄλληλα συμφυίαν, ὅταν ἀποσπασθῇ καὶ γένηται χωρίς, ἀτροφεῖ καὶ σήπεται, παραπλησίως τὰς πόλεις ἀπόλλυσθαι μὲν ὑπὸ τῶν διασπώντων τὸ κοινόν, αὔξεσθαι δὲ ὑπ' ἀλλήλων, ὅταν ὅλου τινὸς μεγάλου μέρη γενόμεναι κοινῆς προνοίας τυγχάνωσιν.

Cum hoc loco conferri potest fabula de ventre et membris, quam apud Livium II, 22, 9 et Dionysium Halicarnassensem Arch. Rom. VI 86, legimus a Menenio Agrippa plebi, quae in Sacrum montem secesserat, narratam esse.

Pag. 167 B. notitiam dei multorum mentis oculorum longe lucidissimum vocat: ἡ μὲν ἄγνοια χαλεπὴ καὶ τὸ παρορᾶν καὶ τυφλώττειν περὶ τηλικαῦτα συμφορὰ μεγάλη ψυχῆς, ὥσπερ ὀμμάτων πολλῶν τὸ φανότατον καὶ κυριώτατον ἀπεσβεσμένης τὴν τοῦ θεοῦ νόησιν.

Pag. 464 B. leves res, malam consuetudinem irascendi ingenerantes, comparat cum litteris exilibus, visum corrumpentibus: ὡς γὰρ τὰ λεπτὰ γράμματα τὴν ὄψιν, οὕτω τὰ μικρὰ πράγματα μᾶλλον ἐντείνοντα νύττει καὶ ταράττει τὴν ὀργήν, ἔθος πονηρὸν ἐπὶ τὰ μείζονα λαμβάνουσαν.

Pag. 812 E. munerum divisionem in re publica, eius vires augentem, comparat cum manus divisione in digitos: ὡς γὰρ ὁ τῆς χειρὸς εἰς τοὺς δακτύλους μερισμὸς οὐκ ἀσθενῆ πεποίηκεν, ἀλλὰ τεχνικὴν καὶ ὀργανικὴν αὐτῆς τὴν χρῆσιν, οὕτως ὁ πραγμάτων ἑτέροις ἐν πολιτείᾳ μεταδιδοὺς ἐνεργοτέραν ποιεῖ τῇ κοινωνίᾳ τὴν πρᾶξιν.

§ 2. Metaphorae a diversis corporis condicionibus depromptae.

Passim scriptor noster vocabula, ad *sanitatem* et *aegritudinem* corporis spectantia, sensu translato usurpat. Sic ὑγιαίνειν tropice dictum invenimus: pag. 20 F. ὑγιαίνουσαι δόξαι περὶ θεῶν, pag. 87 E. ὑγιαίνουσαν πολιτείαν, pag. 479 A. γένος καὶ οἶκος ὑγιαίνει, in vita Galbae. c. 24 pag. 1064 A. ὑγιαίνοντος στρατοπέδου, in vita Othonis. c 5 pag. 1069 A. ἦν μὲν οὐδὲ τὰ τῶν πολεμίων ὑγιαίνοντα, in vita Dionis. c. 41 pag. 976 A. οὐδὲν ὑγιαῖνον ἐν τῇ πόλει μέρος, in vita Dionis. c. 12 pag. 963 B. ὑγιαινούσης ἀριστοκρατίας.

Ὑγιεινός *pag. 147 C. ὑγιειναῖς χρώμενος ὁμιλίαις.

Ὑγιής *pag. 1074 E. ἔννοιαν ὑγιῆ, in vita Othonis. c. 3 pag. 1067 D. οὐδὲν ὑγιὲς διανοούμενος.

Non minus frequens est usus metaphoricus verbi νοσεῖν et nominis νόσημα. Mala autem fere omnia hominis vel rei publicae cum morbis corporis comparantur. V. c. in vita Arati c. 2 pag. 1027 F. πόλις νοσοῦσα καὶ ταραττομένη, in vita Thesei c. 12 pag. 5 D. οἶκον νοσοῦντα, in vita Arati c. 40 pag. 1046 A. πλῆθος νοσοῦν, pag. 324 A. Ἰβηρίαν Σερτορίῳ συννοσήσασαν, pag. 446 A. τὴν κρίσιν ἔχει τῷ πάθει συννοσοῦσαν. Pag. 462 D. legimus: νοσεῖν περί τι, vehementer cupere aliquid (nos dicimus: *ziek zijn naar iets*). In vita Timoleontis c. 37 pag. 254 B. seditio νόσημα dicitur, in vita Dionis. c. 47 pag. 978 E. δημοκοπίαν ἐπιμανὲς νόσημα vocat, pag. 49 C. ἡ κολακεία νόσημα οἴκων καὶ πραγμάτων μεγάλων dicitur, cf. etiam *pag. 171 E., 34 E., 76 A., 455 B.

Νοσώδης, *morbis obnoxius*, de vita flagitiis dedita dictum occurrit, pag. 1128 E. νοσώδεις βίους.

Si quis morbo laborat tecto, dicitur ὕπουλος, quod proprie usurpatur de *cicatrice*, *obducta volneri*. Malum ipsum quoque ὕπουλον dicitur. Hoc adiectivum translato sensu usurpatum invenimus pag. 327 C. πᾶσα δ' ὕπουλος ἦν ἡ Μακεδονία, pag. 59 D. ἡ κίβδηλος αὕτη παρρησία, ὕπουλον ὄγκον ἔχουσα. Cf. in vita Arati c. 40 pag. 1064 A., in vita Galbae c. 13 pag. 1058 C., ibidem c. 23 pag. 1063 C.

Exempla corporis vitiorum tropice adhibitorum habemus: *pag. 2 B. ἡ μὲν γὰρ φύσις ἄνευ μαθήσεως τυφλόν, pag. 167 A. συμφορὰ μεγάλη ψυχῆς τυφλώττειν περὶ τηλικαῦτα, pag. 169 A. δεινόν ἐστι τὸ τῆς δεισιδαιμονίας σκότος τυφλῶσαι λογισμόν. Cf. etiam pag. 98 A., 92 C., in vita Galbae c. 18 pag. 1061 A., in vita Arati c. 8 pag. 1030 C. Virtutem *claudam* vocat *pag. 2 B. ἀρετὴν χωλήν. In vita Coriolani c. 16 pag. 489 C. legimus: παρακαλῶν, μήτε τὴν Ἑλλάδα χωλήν, μήτε τὴν πόλιν ἑτερόζυγα περιϊδεῖν γενομένην.

In praeceptis rei publicae gerendae pag. 809 F. Catilina morbus et vomica rei publicae vocatur: Κατιλίνας, νόσημα καὶ ἀπόστημα τῆς πόλεως.

Pag. 800 E. dicit principis et rempublicam moderantis viri exigua peccata, cum omnibus facile appareant, pro magnis haberi, comparans ea cum verrucis in facie: ὡς γὰρ ἐν τῷ προσώπῳ φακὸς καὶ ἀκροχορδὼν δυσχεραίνεται μᾶλλον ἢ στίγματα καὶ κολοβότητες καὶ οὐλαὶ τοῦ λοιποῦ σώματος, οὕτω τὰ μικρὰ φαίνεται μεγάλα τῶν ἁμαρτημάτων ἐν ἡγεμονικοῖς καὶ πολιτικοῖς ὁρώμενα βίοις διὰ δόξαν, ἣν οἱ πολλοὶ περὶ ἀρχῆς καὶ πολιτείας ἔχουσιν, ὡς πράγματος μεγάλου καὶ καθαρεύειν ἀξίου πάσης ἀτοπίας καὶ πλημμελείας.

Pag. 476 F. mala, quae nostra ipsorum culpa nobis

contraximus, gravioribus doloribus nos afficere dicit, quam fortuita, sicut qui rigent epialis febribusve aestuant, graviorem sentiunt molestiam, quam quibus eadem extrinsecus ab aestu aut gelu accidunt: ὡς γὰρ οἱ ῥιγοῦντες ἠπιάλοις καὶ πυρετοῖς διακαόμενοι τῶν ταὐτὰ πασχόντων ἔξωθεν ὑπὸ καύματος ἢ κρύους μᾶλλον ἐνοχλοῦνται καὶ κάκιον ἔχουσιν, οὕτως ἐλαφροτέρας ἔχει τὰ τυχηρὰ τὰς λύπας, ὥσπερ ἔξωθεν ἐπιφερομένας.

Pag. 488 C., agens de fratrum discordiis, dicit discordiam, re controversa diremta, desinentem nullius momenti esse, sicut febris, tumori superveniens, nihil habet mali; eam vero, quae controversia sublata remanet, confert cum febri, quae graviore morbo provocatur: καθάπερ γὰρ ἐπὶ βουβῶνι πυρετοῦ γενομένου δεινὸν οὐδέν ἐστιν, ἂν δὲ παυσαμένου παραμένῃ, νόσος εἶναι δοκεῖ καὶ βαθυτέραν ἔχειν ἀρχήν, οὕτως ἀδελφῶν ἡ μετὰ τὸ πρᾶγμα παυομένη διαφορὰ τοῦ πράγματός ἐστι, τῆς δ' ἐπιμενούσης πρόφασις ἦν τὸ πρᾶγμα, μοχθηράν τε καὶ ὕπουλον αἰτίαν ἔχον.

Denique comparationem a febri petitam invenimus pag. 468 F.: ὡς γὰρ ἐν τῷ πυρέττειν πικρὰ πάντα καὶ ἀηδῆ φαίνεται γευομένοις, ἀλλ' ὅταν ἴδωμεν ἑτέρους, ταὐτὰ προςφερομένους καὶ μὴ δυσχεραίνοντας, οὐκέτι τὸ σιτίον οὐδὲ τὸ ποτόν, ἀλλ' αὑτοὺς αἰτιώμεθα καὶ τὴν νόσον· οὕτω καὶ τοῖς πράγμασι παυσόμεθα μεμφόμενοι καὶ δυσχεραίνοντες, ἂν ἑτέρους ταὐτὰ προςδεχομένους ἀλύπως καὶ ἱλαρῶς ὁρῶμεν.

Pag. 476 F. malefactorum poenitentiam comparat cum ulcere pungenti semper et saucianti: ἡ σύνεσις, „ὅτι σύνοιδα δείν' ἠργασμένος," οἷον ἕλκος ἐν σαρκὶ τῇ ψυχῇ τὴν μεταμέλειαν αἱμάσσουσαν ἀεὶ καὶ νύσσουσαν ἐναπολείπει.

Pag. 452 A. animum nimio dolore vel gaudio vel metu correptum confert cum corpore tumenti et inflammato:

οἰδοῦντι γὰρ ἔοικε καὶ φλεγμαίνοντι σώματι τὸ περιαλγοῦν καὶ περιχαρὲς καὶ περίφοβον τῆς ψυχῆς.

Pag. 455 C. iram cum morbo comitiali comparat. Dicit enim hoc loco nobis praesentientibus irae tamquam morbi comitialis accessionem quiete opus esse, ne cadamus neve in alios incidamus: κράτιστόν ἐστι καθορμίζειν ἑαυτὸν εἰς ἡσυχίαν, θυμοῦ ὥσπερ ἐπιληψίας ἀρχομένης συναισθανομένους, ἵνα μὴ πέσωμεν, μᾶλλον δ' ἐπιπέσωμεν.

Pag. 479 B. sinistras de cognatis suspitiones, nonnumquam ad malorum hominum consuetudinem nos impellentes, comparat cum morbo, appetitionem damnosorum ciborum ingeneranti: ὡς γὰρ αἱ νόσοι τοῖς σώμασι μὴ προςιεμένοις τὸ οἰκεῖον πολλῶν ἐμποιοῦσιν ἀτόπων καὶ βλαβερῶν ὀρέξεις, οὕτως ἡ πρὸς τὸ συγγενὲς διαβολὴ καὶ ὑπόψρασις ὁμιλίας ἐπάγεται φαύλας καὶ πονηρὰς εἰς τὸ ἐλλιπὲς ἔξωθεν ἐπιρρεούσας.

Pag. 537 A. invidiam, quae omnibus splendidis rebus offenditur, comparat cum vitio oculorum: ὁ φθόνος, καθάπερ ὀφθαλμία, πρὸς ἅπαν τὸ λαμπρὸν ἐκταρασσόμενος.

Pag. 61 F. adulatorem, pravis animi inclinationibus se applicantem comparat cum tumore, morbosis et inflammatis corporis partibus adnascenti: ὁ δὲ κόλαξ πάρεστι ἑκάστοτε βουβῶνος δίκην τοῖς ὑπούλοις καὶ φλεγμαίνουσι τῆς ψυχῆς ἐπιγιγνόμενος.

Pag. 164 F. animi errores, perturbatione comitante, periculosiores esse dicit, comparans eos cum laxationibus artuum, accedente vulnere: καθάπερ αἱ μετὰ τραύματος ἐκβολαὶ τῶν ἄρθρων, οὕτως αἱ μετὰ πάθους διαστροφαὶ τῆς ψυχῆς χαλεπώτεραι.

Pag. 84 A. vitiorum mutationem in tolerabiliores affectiones signum esse dicit profectus in virtute, com-

parans eam cum aversione morbi in partes corporis non praecipuas: καθάπερ αἱ τῶν νόσων εἰς τὰ μὴ κύρια μέρη τοῦ σώματος ἐκτροπαὶ σημεῖόν εἰσιν, οὐ φαῦλον, οὕτως ἡ κακία τῶν προκοπτόντων ἔοικεν, εἰς ἐπιεικέστερα πάθη μεθισταμένη, κατὰ μικρὸν ἐξαλείφεσθαι.

Pro vocabulo κύρια Petrus Nikitin (in mélanges graeco-romains tirés du bulletin de l'académie impériale des sciences de St. Petersbourg 1892 tom. 6, pag. 10) mavult καίρια, ut sint: *partes corporis, quarum morbus letalis esse solet,* stabilitque eam emendationem pag. 223 C., pag. 341 D.

A *bibendo* quoque et *edendo* complures comparationes scriptor deprompsit. Sic γεύεσθαι, *gustare*, tropice adhibet pag. 38 C. λόγου μηδενὸς γευόμενος, pag. 81 D. ἀνδρὶ γευσαμένῳ προκοπῆς ἀληθοῦς ἐν φιλοσοφίᾳ, pag. 590 A. ἄρτι γευόμενος φιλοσοφίας, pag, 806 D. δόξης γεγευμένος, pag. 595 D. γευόμενος ἄθλων, in vita Sullae c. 3 pag. 452 F. ὁ Σύλλας τοῦ τιμᾶσθαι γευόμενος, in vita Caesaris c. 66 pag. 739 D. γευσασθαι τοῦ φόνου, in vita Galbae c. 13 pag. 1058 C. γευόμενος ἐξουσίας, in vita Demosthenis c. 6 pag. 848 D. γευσάμενος φιλοτιμίας, in vita Niciae c. 9 pag. 528 F. γευόμενοι ἀδείας.

Πεινῆν, *esurire* et διψῆν, *sitire*, sensu translato cupiendi posita occurrunt pag. 1100 B. πεινῶντες ἐπαίνου, pag. 790 D. νέων διψώντων δόξης, in vita Marii c. 43 pag. 431 B. θυμῷ διψῶντι τοῦ φονεύειν, in vita Catonis Maioris c. 11 pag. 342 E. διψῶσι τιμῆς.

Pag. 42 D. dicit imprimis sententias dicentis auditoribus cognoscendas esse, deinde dictionem esse considerandam, an elegans aliquid habeat et elaboratum, comparans auditores cum bibentibus, exstincta demum siti

obvertentibus pocula caelaturamque eorum contemplantibus: καθάπερ οἱ πίνοντες, ὅταν παύσωνται διψῶντες, τότε τὰ τορεύματα τῶν ἐκπωμάτων ὑποθεωροῦσι καὶ στρέφουσιν, οὕτως ἐμπλησθέντι δογμάτων καὶ ἀναπνεύσαντι δοτέον τὴν λέξιν εἴ τι κομψὸν ἔχει καὶ περιττὸν ἐπισκοπεῖν.

Pag. 625 E. in quaestione, cur seniores facilius litteras eminus legant, comparationem a vino temperando ductam habet: εἴπερ οὖν πρὸς τὴν ἐπίτασιν καὶ σφοδρότητα μᾶλλον ὑπακούει τὰ τῶν γερόντων αἰσθητήρια, πῶς ἐν τῷ ἀναγιγνώσκειν τὸν ἐγγύθεν ἀντιφωτισμὸν οὐ φέρουσιν, ἀλλὰ παράγοντες ἀπωτέρω τὸ βιβλίον ἐκλύουσι τὴν λαμπρότητα τῷ ἀέρι, καθάπερ οἶνον ὕδατι, κατακεραννυμένην;

A comissatione sumpsit comparationem pag. 128 E., ubi dicit vinum, obsonia, balneum, corpori adhibita contra naturam affecto, pituitam bilemve concitare, sanasque adhuc partes corrumpere, speratae autem voluptatis et delectationis nihil conferre, sicut comissatores ebrii, in domum lugentium invadentes, non laetitiam et delectationem afferunt, sed fletum excitant: καθάπερ εἰς οἰκίαν πενθοῦσαν ἐμβαλόντες ἐπίκωμοι μεθύοντες οὐ φιλοφροσύνην παρέσχον οὐδ' ἡδονήν, ἀλλὰ κλαυθμοὺς καὶ ὀδυρμοὺς ἐποίησαν, οὕτω καὶ ἀφροδίσια καὶ ὄψα καὶ βαλανεῖα καὶ οἶνος, ἐν σώματι κακῶς καὶ παρὰ φύσιν ἔχοντι μιγνύμενα τοῖς μὴ καθεστῶσι καὶ διεφθορόσι, φλέγμα καὶ χολὴν κινεῖ καὶ ταράττει καὶ προσεξίστησιν, ἡδὺ δ' οὐδὲν ἀξιολόγως οὐδ' ἀπολαυστικὸν οὐδὲν οἷον προςεδοκήσαμεν ἀποδίδωσιν.

In vita Arati c. 47 pag. 1049 C. comissatorum petulantia scriptori comparationem praebuit, ubi Aratus passus esse dicitur Aetolos multa cum petulantia et ferocia quasi per comissationem insultare Peloponneso: ὥστε πολλάκις λαβὴν τοὺς Αἰτωλοὺς παρασχόντας ἀνέχεσθαι καὶ

περιορᾶν, ὥσπερ κωμάζοντας ἐν τῇ Πελοποννήσῳ μετὰ πολλῆς ἀσελγείας καὶ θρασύτητος.

Pag. 14 F. adolescentes ad hoc assuefaciendos esse dicit, ut in auditionibus et lectionibus delectatione tamquam obsonio modice fruantur, utiliaque et salubria ex iis captent: ἔτι δὲ μᾶλλον δεῖ τοὺς νέους ἐν ταῖς ἀκροάσεσι καὶ ἀναγνώσεσιν ἐθίζειν, ὥσπερ ὄψῳ χρωμένους μετρίως τῷ τέρποντι, τὸ χρήσιμον ἀπ' αὐτοῦ καὶ τὸ σωτήριον διώκειν.

Pag. 51 C. adulatorum velut superciliis adnictantem ac titillantem dicendi libertatem comparat cum amaris austerisque sucis coquorum peritorum: ὥσπερ οἱ δεινοὶ τῶν ὀψοποιῶν τοῖς πικροῖς χυμοῖς καὶ αὐστηροῖς ἡδύσμασι χρῶνται, τῶν γλυκέων ἀφαιροῦντες τὸ πλήσμιον, οὕτως οἱ κόλακες οὐκ ἀληθινὴν οὐδ' ὠφέλιμον, ἀλλ' οἷον ἐπιλλώπτουσαν ἐξ ὀφρύος καὶ γαργαλίζουσαν ἀτεχνῶς παρρησίαν προςφέρουσιν.

Pag. 68 C. dicit ridicula et scurrilia in dicendi libertate, severis admixta, evanidam et inutilem eam reddere, sicut pravum condimentum, cibis admixtum, eos corrumpit: συμμεμιγμένον δὲ τὸ γελοῖον αὐτοῖς (scil. τοῖς αὐστηροῖς) καὶ βωμολόχον, ὥσπερ σιτίοις ὑπότριμμα μοχθηρόν, ἐξίτηλον ἐποίει τὴν παρρησίαν καὶ ἄχρηστον.

Pag, 125 A. vana gloria comparatur cum nidore: ὥσπερ ὑπὸ κνίσης τῆς κενῆς δόξης ἀγόμενοι.

Petrus Nikitin (in mélanges graeco-romains tom. 6, pag. 16 St. Petersbourg 1892) in ea verborum interpretatione, quam Xylander proposuit, acquiescere nequit. Adnotat ad hunc locum: „mihi certe, pace virorum doctissimorum dixerim, vanos videntur vendere fumos, qui, quid vel nidor iste vel fumus sibi velit, simulent se scire. Quid multa? Ipsa se praebet emendatio: ὑπὸ κίσσης. Tam evidens est tamque facilis, ut credere

non audeam me primum in eam incidisse." Est autem κίσσα *gravidarum mulierum appetitio singularium ciborum*, inde tropice pro quovis desiderio usurpatur. Cf. pag. 801 A. κιττῶσαι.

Pag. 524 A. inutilia atque supervacanea appetentes ne necessaria quidem retinere dicit, comparans eos cum hominibus gulosis, qui, post exstinctam sitim bibentes et edentes post sublatam famem, una evomunt, quae esurientes et sitientes ingesserant: ὥσπερ οἱ πίνοντες μετὰ τὸ μὴ διψῆν ἢ ἐσθίοντες μετὰ τὸ μὴ πεινῆν καὶ ὅσα διψῶντες ἢ πεινῶντες ἔλαβον προσεξεμοῦσιν, οὕτως οἱ τῶν ἀχρήστων ἐφιέμενοι καὶ περιττῶν οὐδὲ τῶν ἀναγκαίων κρατοῦσιν.

Pag. 55 A. adulatorem cum coquo comparat: τοῦ δὲ κόλακος τοῦτ' ἔργον ἐστὶ καὶ τέλος, ἀεί τινα παιδιὰν ἢ πρᾶξιν ἢ λόγον ἐφ' ἡδονῇ καὶ πρὸς χάριν (ita cum Herwerdeno in Mnemos. 1890 pag. 369 corrigenda esse puto vocabula πρὸς ἡδονήν. Cf. 55 D., 55 E.) ὀψοποιεῖν καὶ χαρυκεύειν.

Τροφή, *cibus*, sensu translato occurrit *pag. 12 F., ubi dicit orationem esse cibum animi: ὁ μὲν γὰρ λόγος τροφὴ διανοίας ἐστίν.

Ἄρτυμα, *condimentum*, metaphorice dictum ponitur *pag. 9 C., ubi requies laboris condimentum vocatur: ἡ ἀνάπαυσις τῶν πόνων ἐστὶν ἄρτυμα.

Denique huc referendi sunt loci, ubi ἡδύσματα, *condimenta*, metaphorice adhibita reperiuntur. Sic pag. 126 D. sanitatem condimentum maxime divinum et iucundissimum vocat: ἀληθέστερον δ' ἄν τις εἴποι τὴν ὑγίειαν ἥδυσμα θειότατον εἶναι καὶ προσηνέστατον. Pag. 769 C. dicitur poësis sermoni modulos, mensuras, rythmos accommodare tamquam condimenta: τῷ λόγῳ ποίησις

ἡδύσματα μέλη καὶ μέτρα καὶ ῥυθμοὺς ἐφαρμόσασα, cf. pag. 347 F.: ἡ ποιητικὴ μέλη καὶ ῥυθμοὺς ἡδύσματα τοῖς πράγμασιν ὑποτίθεται.

§ 3. Metaphorae a domo et supellectile deprompae.

Θύρα, *porta*, metaphorico sensu dicta occurrit pag. 81 E. περὶ θύρας φιλοσοφίας. Pag. 128 F. de febri instanti dicitur: πυρετοῦ περὶ θύρας ὄντος. In vita Sullae c. 29 pag. 471 B. ἐπὶ θύραις τῆς πατρίδος, cf. in vita Arati c. 37 pag. 1044 D.

Θυρίδες, *fenestrae*, comparationis ansam dant pag. 521 D., ubi oculos cum fenestris in viam prospicientibus scriptor comparat: ἐκεῖνο μὲν ψεῦδός ἐστι, τὸ Δημόκριτον ἑκουσίως σβέσαι τὰς ὄψεις, ὅπως μὴ παρέχωσι θόρυβον, τὴν διάνοιαν ἔξω καλοῦσαι πολλάκις, ἀλλ' ἐῶσιν ἔνδον οἰκουρεῖν καὶ διατρίβειν πρὸς τοῖς νοητοῖς, ὥσπερ παρόδιοι θυρίδες ἐμφραγεῖσαι.

Ταμιεῖον, *cella penaria*, sensu translato adhibetur *pag. 9 E., ubi memoria cella penaria eruditionis dicitur: αὕτη γὰρ (scil. ἡ μνήμη) ὥσπερ τῆς παιδείας ἐστὶ ταμιεῖον. Item pag. 473 B. legimus: ὅτι δ' ἕκαστος ἐν ἑαυτῷ τὰ τῆς εὐθυμίας καὶ τῆς δυσθυμίας ἔχει ταμιεῖα, αἱ διαφοραὶ τῶν παθῶν δηλοῦσιν. Huc quoque pertinet, quod legimus pag. 672 E.: ἴδιόν τι τοῦτο τῇ ψυχῇ ταμιεῖον εὐπαθειῶν ἀποκεῖσθαι μαρτυροῦσιν.

Ἑστία, *focus* et *ara domestica*, tropice de moribus usurpatur pag. 97 A., ubi est de parasito: ἰδίαν ἤθους ἑστίαν οὐκ ἔχων, i. e. proprios mores non habens; cf. pag. 52 A., ubi de adulatore dicitur: μίαν ἑστίαν οὐκ ἔχων μόνιμον. Sensu *hospitii* posita vox occurrit in vita Luculli

c. 42 pag. 519 F., ubi domus Luculli hospitium et prytaneum Graecorum, Romam venientium, vocatur: καὶ ὅλως ἑστία καὶ πρυτανεῖον Ἑλληνικὸν ὁ οἶκος ἦν αὐτοῦ τοῖς ἀφικνουμένοις εἰς Ῥώμην.

Admodum frequens est apud Plutarchum usus proverbii ἀφ' ἑστίας ἄρχεσθαι, quod significat *rem inde a principio et initio repetere.* Adnotat Gregorius Cyprius Cent. I. 63. (vide Corp. Paroem. Graec. tom. 2 pag. 62) ad hoc proverbium: „ἐπὶ τῶν ἐν δυνάμει γενομένων καὶ πρώτους ἀδικούντων τοὺς οἰκείους, ἐπεὶ ἔθος ἦν τῇ Ἑστίᾳ πρώτῃ τῶν ἄλλων θεῶν θύειν· φέρεται δέ τις περὶ αὐτῆς μῦθος τοιοῦτος· μετὰ γὰρ τὸ καταλυθῆναι τὴν τῶν Τιτάνων ἀρχὴν φασι τὸν Δία τὴν βασιλείαν διαδεξάμενον ἐπιτρέψαι τῇ Ἑστίᾳ λαβεῖν ὅτι ἂν βούλοιτο· τὴν δὲ τὴν παρθενίαν αἰτήσασθαι καὶ τὰς ἀπαρχὰς παρὰ τῶν ἀνθρώπων. Cf. Zenob. I. 40, quaeque ibi adnotarunt editores: Apud nostrum legitur v. c.: pag. 93 D., 549 E., *856 C., 920 F., 948 B., *1074 E.

Παραπέτασμα, *velum*, (Belgice: *gordijn*) sensu translato adhibet, pag. 41 D., ubi sophistae dicuntur vocabula tamquam vela sententiis obtendere: τοῖς ὀνόμασι χρῶνται παραπετάσμασι τῶν διανοημάτων. In disputatione de animi tranquillitate, pag. 471 A. simili translatione scriptor dicit: μὴ μόνον ὅρα τὰ λαμπρὰ καὶ τὰ περιβόητα τῶν ζηλουμένων ὑπὸ σοῦ καὶ θαυμαζομένων, ἀλλ' ἀνακαλύψας καὶ διαστείλας, ὥσπερ ἀνθηρὸν παραπέτασμα, τὴν δόξαν αὐτῶν καὶ τὴν ἐπιφάνειαν, ἐντὸς γενοῦ καὶ κατόψει πολλὰ δυσχερῆ καὶ πολλὰς ἀηδίας ἐνούσας αὐτοῖς.

Eodem modo παρακάλυμμα metaphorice ponitur in vita Poplicolae c. 3 pag. 98 E., ubi Brutus dicitur τῇδ' ἀβελτερίᾳ προςποιήματι καὶ παρακαλύμματι πολὺν χρόνον,

ὡς ἔοικε, χρησάμενος ἀσφαλείας ἕνεκα πρὸς τοὺς τυράννους, in vita Periclis c. 4 pag. 154 A.: οὐ μὴν ἔλαθεν ὁ Δάμων τῇ λύρᾳ παρακαλύμματι χρώμενος, in vita Marii, c. 29 pag. 422 E.: καὶ γὰρ τοῦτο προςέθηκε (scil. ὁ Μάριος) τὸ σοφὸν ὥσπερ παρακάλυμμα τῆς αἰσχύνης, cf. in vita Agesilai, pag. 617 D., in vita Galbae pag. 1061 E., in vita Numae pag. 76 E., in moralibus pag. 27 E.: ἐχρήσατο τῆς ἀπορίας παρακαλύμματι, pag. 654 D.: παρακάλυμμα τῆς ἡδονῆς τὸ σκότος. (tenebrae velum voluptatis venereae). Nonnumquam etiam φρέαρ, *puteus*, in comparatione invenitur. Sic pag. 799 A. administrationem reipublicae comparans cum puteo Plutarchus dicit eos qui fortuito et de improviso in eam incidant, perturbari ac poenitentia capi, qui vero sensim eo descendant praemeditati ac praeparati, eos et mediocriter ferre, quae eveniant et nulla re graviter affici: ἀλλ' ὥσπερ εἰς φρέαρ, οἶμαι, τὴν πολιτείαν, τοὺς μὲν ἐμπίπτοντας αὐτομάτως καὶ παραλόγως ταράττεσθαι καὶ μετανοεῖν, τοὺς δὲ καταβαίνοντας ἐκ παρασκευῆς καὶ λογισμοῦ καθ' ἡσυχίαν, χρῆσθαι τε τοῖς πράγμασι μετρίως καὶ πρὸς μηδὲν δυσκολαίνειν.

Pag. 68 B. alludens ad proverbium Λύκος περὶ φρέαρ χορεύει, (de quo vide Zenob. IV, 100. Diog. VI. 21) eos qui nimia acerbitate amicos potentes reprehendant, sibi ipsis exitium conflare dicit, tamquam saltantes circum puteum. Putei enim neque obstructa ora habent, neque crepidines paullo altius exaggeratas, neque denique quidquam est, quod impediat, ne quis in eos incautior prolabatur. Si qui ergo circa eos choreas agant, magnum adeunt periculum, ne, dum progrediuntur, regrediuntur, corpus in orbem movent, saltitant, in puteum delapsi mergantur: Τὸ τοιοῦτον εἶδος (scil. παρ-

ρησίας), ᾧ χρώμενοι προςαπολλύουσιν ἑαυτοὺς τὴν περὶ τὸ φρέαρ ὄρχησιν ἀτεχνῶς ὀρχούμενοι.

Similiter, ut nostrates, Plutarchus ἔσοπτρον, κάτοπτρον, *speculum*, in comparatione adhibet. Sic *pag. 14 A. oportere dicit parentes nihil peccando omniaque pro officii rationibus agendo clarum liberis exemplum praebere, ut hi in ipsorum vitam tamquam in speculum intuentes, a turpibus dictis factisque avertantur: πρὸ πάντων γὰρ δεῖ τοὺς πατέρας τῷ μηδὲν ἁμαρτάνειν ἀλλ' πανθ' ἃ δεῖ πράττειν ἐναργὲς αὑτοὺς παράδειγμα τοῖς τέκνοις παρέχειν, ἵνα πρὸς τὸν τούτων βίον ὥσπερ κάτοπτρον ἀποβλέποντες ἀποτρέπωνται τῶν αἰσχρῶν ἔργων καὶ λόγων.

Simili comparatione utitur pag. 53 A. de adulatore, qui se ad alterius exemplum componit: δίκην κατόπτρου παθῶν ὀθνείων καὶ βίων καὶ κινημάτων εἰκόνας ἀναδεχόμενον. Cf. pag. 85 B., *pag. 172 D.

Denique huc pertinet comparatio, quam invenimus pag. 765 F.: ἐν παισὶν καὶ γυναιξὶν ὥσπερ ἐν κατόπτροις εἴδωλον αὐτοῦ (scil. τοῦ θείου καὶ θαυμασίου καλοῦ) φανταζόμενον διώκοντες καὶ ψηλαφῶντες.

Pag. 139 F. mulierem divitem, nec viro similem se gerentem nec mores consonos habentem scriptor comparat cum speculo, auro et gemmis ornato, imaginem vero rebus similem non exhibenti ideoque ad usum nihil valenti: ὥσπερ ἐσόπτρου κατεσκευασμένου χρυσῷ καὶ λίθοις ὄφελος οὐδέν ἐστιν, εἰ μὴ δείκνυσι τὴν μορφὴν ὁμοίαν, οὕτως οὐδὲ πλουσίας γαμετῆς ὄνησις, εἰ μὴ παρέχει τὸν βίον ὅμοιον τῷ ἀνδρὶ καὶ σύμφωνον τὸ ἦθος.

Pag. 384 A. a speculi laevitate comparationem desumpsit, ubi „cyphi" facultatem animi imaginatricem et somniorum capacem laevigare dicit instar speculi: τὸ

κῦφι τὸ φανταστικὸν καὶ δεκτικὸν ὀνείρων μόριον τῆς ψυχῆς ὥσπερ κάτοπτρον ἀπολεαίνει.

Pag. 718 E. in omnibus mathematis, tamquam planis et laevibus speculis intellegibilium veritatis vestigia et imagines apparere dicit: πᾶσι μὲν οὖν τοῖς καλουμένοις μαθήμασιν, ὥσπερ ἀστραβέσι καὶ λείοις κατόπτροις, ἐμφαίνεται τῆς τῶν νοητῶν ἀληθείας ἴχνη καὶ εἴδωλα.

Pag. 736 B. divinandi facultatem, densato spiritu obscuratam comparat cum speculo caligine oppleto: τοῖς δὴ σώμασι τὰς ψυχὰς συμπαθεῖν ἀνάγκη καὶ μάλιστα παχνουμένου τοῦ πνεύματος ἀμαυροῦσθαι τὸ μαντικὸν ὥσπερ κάτοπτρον ὁμίχλης ἀναπιμπλάμενον.

Nec rariores sunt loci, ubi ἀγγεῖα, *vasa*, in comparatione occurrunt. Velut pag. 39 A. ait eos qui potissimum nugas audiant, aures suas tamquam vasa inutilia et vitiosa, quavis potius, quam necessaria aliqua re implere: ἀπίασι πρὸς ἑτέρους λόγους καὶ φλυάρους, ὡς ἀγγεῖα φαῦλα καὶ σαθρὰ τὰ ὦτα πάντων μᾶλλον ἢ τῶν ἀναγκαίων ἐμπιμπλάντες.

Alibi pag. 81 C. hominibus dicit, quando veris impleantur bonis, fastum decedere et arrogantiam remitti, quemadmodum vasis, humorem recipientibus, aer excluditur: καθάπερ ἀγγείων κενῶν ὑγρὸν δεχομένων ὁ ἐντὸς ἀὴρ ὑπέξεισιν ἐκθλιβόμενος, οὕτως ἀνθρώποις πληρουμένοις τῶν ἀληθινῶν ἀγαθῶν ἐνδίδωσιν ὁ τῦφος καὶ γίγνεται τὸ οἴημα μαλακώτερον.

Pag. 407 B. poëtae dicuntur metra et numeros tamquam vasa quaedam oraculi vocibus circumplicare: πολλῶν δ' ἦν ἀκούειν, ὅτι ποιητικοί τινες ἄνδρες ἐκδεχόμενοι τὰς φωνὰς καὶ ὑπολαμβάνοντες ἐπικάθηνται περὶ τὸ χρηστήριον, ἔπη καὶ μέτρα καὶ ῥυθμοὺς οἷον ἀγγεῖα τοῖς χρησμοῖς ἐκ τοῦ προστυχόντος περιπλέκοντες.

Pag. 782 F. philosophus ait: homines simul ac potestatem adepti sunt, ostendunt utrum sint prudentes an ineruditi, sicut vasa integra et vitiosa tum demum bene discerni possunt, cum aliquid infusum est: ὥσπερ τῶν κενῶν ἀγγείων οὐκ ἂν διαγνοίης τὸ ἀκέραιον καὶ τὸ πεπονηκός, ἀλλ' ὅταν ἐγχέῃς φαίνεται τὸ ῥέον· οὕτως αἱ σαθραὶ ψυχαὶ τὰς ἐξουσίας μὴ στέγουσαι, ῥέουσιν ἔξω ταῖς ἐπιθυμίαις, ταῖς ὀργαῖς, ταῖς ἀλαζονείαις, ταῖς ἀπειροκαλίαις.

Σπόγγος, *spongia.* Inde comparationem petivit Plutarchus pag. 792 B., ubi Lucullum, postquam in vitam otiosam se demiserit, spongiarum instar, tranquillitate enecatum esse dicit et contabuisse: ἐπεὶ δὲ μεθῆκεν ἑαυτὸν εἰς βίον ἄπρακτον καὶ δίαιταν οἰκουρὸν καὶ ἄφροντιν, ὥσπερ οἱ σπόγγοι, ταῖς γαλήναις ἐννεκρωθεὶς καὶ καταμαρανθείς κ. τ. λ.

§ 4. Metaphorae a familia et cognatis petitae.

Primum de singulis familiae membris, quae Plutarchus in comparationibus adhibet, videamus.

Πατήρ, *pater.* In vita Poplicolae c. 10 pag. 102 A. Brutum patrem libertatis censeri a plebe dicit: Βροῦτος, ὃν πατέρα τῆς ἐλευθερίας ἐνόμιζεν ὁ δῆμος. Cfr. in vita Arati c. 42 pag. 1047 A., ubi legimus Aegii mulieres et pueros oravisse Aratum, uti maneret, tamquam communem patrem eum amplectentes: ἐξήρτηντο δ'αὐτοῦ (scil. τοῦ 'Αράτου) καὶ γυναῖκες ἤδη καὶ παῖδες ὥσπερ πατρὸς κοινοῦ περιεχόμενοι.

Μήτηρ, *mater.* Pag. 345 F. Athenas matrem et nutricem benignam multarum artium vocat: πολλῶν μὲν ἡ πόλις ἥδε μήτηρ καὶ τροφὸς εὐμενὴς τεχνῶν γέγονεν. Pag. 413 C. providentiam comparat cum benevola et proba

matre: τὴν πρόνοιαν, ὥσπερ εὐγνώμονα μητέρα καὶ χρηστήν, πάντα ποιοῦσαν ἡμῖν καὶ φυλάττουσαν.

Ἀδελφή, *soror*. In vita Pelopidae c. 13 pag. 284 E. Pelopidae Thebis actionem sororem Thrasybuli facti a Graecis nominari dicit: ταύτην τὴν πρᾶξιν, ἀρεταῖς μὲν ἀνδρῶν καὶ κινδύνοις καὶ ἀγῶσι παραπλησίαν τῇ Θρασυβούλου γενομένην καὶ βραβευθεῖσαν ὁμοίως ὑπὸ τῆς τύχης, ἀδελφὴν ἐκείνης προςηγόρευον οἱ Ἕλληνες. Similiter in vita Arati c. 16 pag. 1034 A. Chares scripsisse fertur ad populum Atheniensium, se victoriam reportavisse sororem Marathoniae: Χάρης μὲν γὰρ ἔν τινι μάχῃ πρὸς τοὺς βασιλέως στρατηγοὺς εὐτυχήσας ἔγραφε τῷ δήμῳ τῶν Ἀθηναίων, ὡς νενίκηκοι τῆς ἐν Μαραθῶνι μάχης ἀδελφήν.

Ἔκγονοι, *proles*. Pag. 489 G. malorum tolerantiam progeniem moderationis animi noster vocat: ἀνεξικακίαν μετριοπαθείας ἔκγονον. Cfr. in vita Artaxerxis c. 24 pag 1024 A. δειλίαν ἔκγονον τρυφῆς.

Παῖδες, *pueri*. Pag. 123 B. Zeuxippum narrantem fingit Plutarchus, Glaucum medicum suadere, ut sani cibos, aegrotantibus exhiberi solitos, sumamus et gustemus, neve puerulorum instar formidemus illam victus rationem: ἅπτεσθαι γὰρ αὐτῶν (scil. τῶν τροφῶν, ἃς προςφέρομεν τοῖς κάμνουσι) διὰ χρόνου παρῄνει καὶ γεύεσθαι, συνεθίζοντας αὐτοὺς ἐν τῷ ὑγιαίνειν καί μὴ τρέμοντας ὥσπερ τὰ παιδάρια μηδὲ μισοῦντας ἐκείνην τὴν δίαιταν. Sic pag. 132 E. legimus: εἴ τις καθάπερ οἱ παῖδες δεινὸν ἡγεῖται πρὸ τοῦ πυρέττειν μὴ παρατίθεσθαι τράπεζαν.

Pag. 447 A. dicit nonnullos esse qui contendant, cupiditatem, metum, reliquasque omnes eius generis affectiones pravas esse opiniones atque sententias, non in una aliqua animae parte obortas, sed momenta ac

motus totius principis animae partis, assensiones atque impetus, denique actus quosdam, qui facillime alio recidant, quas affectiones cum puerulorum impetibus comparat, vehementiam imbecillitatis causa lubricam habentibus et inconstantem: ἔνιοι δέ φασι, καὶ ἐπιθυμίαν καὶ ὀργὴν καὶ φόβον καὶ τὰ τοιαῦτα πάντα δόξας εἶναι καὶ κρίσεις πονηράς, οὐ περὶ ἕν τι γιγνομένας τῆς ψυχῆς μέρος, ἀλλ' ὅλου τοῦ ἡγεμονικοῦ ῥοπὰς καὶ εἴξεις καὶ συγκαταθέσεις καὶ ὁρμάς, καὶ ὅλως ἐνεργείας τινὰς οὔσας ἐν ὀλίγῳ μεταπτωτάς, ὥσπερ αἱ τῶν παιδίων (Sic enim cum Herwerdeno in Mnem. 1891 pag. 285 legendum est pro παίδων. Cf. infra pag. 458 D.) ἐπιδρομαὶ τὸ ῥαγδαῖον καὶ τὸ σφοδρὸν ἐπισφαλὲς ὑπ' ἀσθενείας καὶ ἀβέβαιον ἔχουσιν.

Pag. 458 D. ulciscendi sui rationem, quae ab ira dependet, plerumque inefficacem, ut quae fere in morsum labiorum, frendendum dentibus, vanas incursiones, maledicta, stultas habentia minas, insumatur, ac deinde ridicule, antequam ad finem, ad quem festinabat, perveniatur, ultro concidat, comparat cum puerulis, in cursu ob virium exilitatem concidentibus antequam ad finem propositum perveniant: ἀλλὰ καὶ πρὸς ἄμυναν ἅμα σκοπῶν τὸν δι' ὀργῆς τρόπον ἄπρακτον εὑρίσκω τὰ πολλά, δήγμασι χειλῶν καὶ πρίσεσιν ὀδόντων καὶ κεναῖς ἐπιδρομαῖς καὶ βλασφημίαις ἀπειλὰς ἀνοήτους ἐχούσαις καταναλισκόμενον, εἶθ' ὥσπερ ἐν τοῖς δρόμοις τὰ παιδία τῷ μὴ κρατεῖν ἑαυτῶν προκαταπίπτοντα τοῦ τέλους ἐφ' ὃ σπεύδει γελοίως.

Pag. 469 D. homines, una aliqua in re fortuna obturbante, inique ferendo et lamentando cetera omnia sibi inutilia reddentes, comparat cum puerulis, qui si quis ludicrarum rerum unam ipsis auferat, reliquis etiam omnibus proiectis, plorant atque vociferantur: ὥσπερ

τὰ μικρὰ παιδάρια ἀπὸ πολλῶν παιγνίων ἂν ἕν τις ἀφέληταί τι, καὶ τὰ λοιπὰ πάντα προρρίψαντα (sic enim cum Herwerdeno legendum esse puto pro codicum lectione προσρίψαντα cf. Mnem. 1891 pag. 286, v. Herw. Plutarch. pag. 17) κλαίει καὶ βοᾷ, τὸν αὐτὸν τρόπον ἡμᾶς περὶ ἓν ὀχληθέντας ὑπὸ τῆς τύχης, καὶ τἄλλα πάντα ποιεῖν ἀνόνητα ἑαυτοῖς ὀδυρομένους· καὶ δυσφοροῦντας.

Pag. 600 E. dicit, ubi in ipsa re nihil sit mali, sed omnis dolor inanis opinionis errore confictus sit, rationis lumine propius admoto, nobis detegendum esse, quidquid vitiosum, vanum et tragice inflatum nobis obiicitur, sicut larvas pueris metuentibus proprius adhibemus retectas, inque manus tradimus, ut assuescant eas contemnere: ὧν δ'ἡ φύσις οὐδὲν ἔχει κακὸν ἀλλ' ὅλον καὶ πᾶν τὸ λυποῦν ἐκ κενῆς δόξης ἀναπέπλασται, ταῦτα δεῖ, καθάπερ τοῖς δεδοικόσι τὰ προςωπεῖα παιδίοις ἐγγὺς καὶ ὑπὸ χεῖρα ποιοῦντες καὶ ἀναστρέφοντες ἐθίζομεν καταφρονεῖν, οὕτως ἔγγυς ἁπτομένους καὶ συνερείδοντας τὸν λογισμὸν τὸ σαθρὸν καὶ τὸ κενὸν καὶ τετραγῳδημένον ἀποκαλύπτειν.

Γυνή, *mulier*. Pag. 348 F. tragoediam cum muliere sumptuosa comparat, quam Nicostratus, Meniscus, Polus, aliique histriones comant atque gestent in lectica: τραγικοὶ δ'αὐτοῖς ὑποκριταὶ καὶ Νικόστρατοι καὶ Καλλιππίδαι καὶ Μηνίσκοι καὶ Θεόδωροι καὶ Πῶλοι συνίτωσαν, ὥσπερ γυναικὸς πολυτελοῦς τῆς τραγῳδίας κομμωταὶ καὶ διφροφόροι.

Pag. 693 D. vinum, aloe aut cinnamomo vel croco infectum, comparat cum muliere comta: οὐκοῦν καὶ τὸν οἶνον οἱ μὲν ἀλόαις χρωτίζοντες ἢ κινναμώμοις καὶ κρόκοις ἐφηδύνοντες, ὥσπερ γυναῖκα καλλωπίζουσιν εἰς τὰ συμπόσια καὶ προαγωγεύουσιν.

Ad *servos* pertinent metaphorae, pag. 46 E., ubi legimus

δραπετεύοντες ἐκ φιλοσοφίας, et pag. 692 D., ubi ἐξευνουχίζειν ad meri diffusionem per colum transfertur itaque ponitur pro διηθεῖν sive διαττᾶν sive διυλίζειν: ἐξευνουχίζουσι τὸν ἄκρατον καὶ ἀποθηλύνουσιν οἱ διηθοῦντες.

Iam transeamus ad metaphoras, quae spectant ad hominum *iuventutem*, *amorem*, *senectutem*, *mortem*.

Γεννᾶν, *procreare* sensu translato adhibitum occurrit pag. 143 E.: ἡ κλίνη γεννᾷ διαφοράς, pag. 536 F. γεννᾶται τὸ μῖσος, cf. pag. 316 C. Γόνιμος, *fecundus*, pag. 86 C.: ἔχθρας γονιμώτατα πάθη, pag. 165 A.: τὴν γόνιμον ἁπάσης ἡδονῆς ἀκολασίαν, cf. pag. 788 E.

Τιτθή, *nutrix*. Pag. 673 A. scriptor dicit animum corporis appetitionibus inservire atque eius desideriis se accommodare, exinde illo ministerio defunctum et negotiis vacuum, suas ad voluptates se convertere, disputationibus se recreantem et disciplinis, comparans animum cum nutrice, quae tum demum, cum saturatus est infans et indormivit, ipsa pro se commodo cibo potuque fruitur: ὥσπερ οὖν αἱ τὰ βρέφη ψωμίζουσαι τροφοὶ μικρὰ μετέχουσι τῆς ἡδονῆς, ὅταν δ'ἐκεῖνα κορέσωσι καὶ κοιμίσωσι παυσάμενα κλαυθμυρισμῶν, τηνικαῦτα καθ' ἑαυτὰς γιγνόμεναι τὰ πρόσφορα σιτία καὶ ποτὰ λαμβάνουσι καὶ ἀπολαύουσιν· οὕτως ἡ ψυχὴ τῶν περὶ πόσιν καὶ βρῶσιν ἡδονῶν μετέχει ταῖς τοῦ σώματος ὀρέξεσι δίκην τιτθῆς ὑπηρετοῦσα, καὶ χαριζομένη δεομένῳ καὶ πραΰνουσα τὰς ἐπιθυμίας, ὅταν δ'ἐκεῖνο μετρίως ἔχῃ καὶ ἡσυχάσῃ, πραγμάτων ἀπαλλαγεῖσα καὶ λατρείας, ἤδη τὸ λοιπὸν ἐπὶ τὰς αὑτῆς ἡδονὰς τρέπεται, λόγοις εὐωχουμένη καὶ μαθήμασι καὶ ἱστορίαις καὶ τῷ ζητεῖν τι ἢ ἀκούειν τῶν περιττῶν, ubi ἢ ante ἀκούειν inseruit Madvig. Advers. critic. pag. 651.

Pag. 330 B. Plutarchus narrat Alexandrum gestavisse vestem ex habitu Persico et Macedonico compositam,

addens, eum prudentiorem fuisse, quam qui chlamydem unicolorem admiraretur, tunicam punica praetextam contemneret infantisque in morem eum retineret vestitum, quem maiorum usus, tamquam nutrix circumdedisset: τοὐναντίον γὰρ ἦν ἀσόφου καὶ τετυφωμένης ψυχῆς τὴν μὲν αὐτόχρουν χλαμύδα θαυμάζειν, τὸν δὲ περιπόρφυρον χιτῶνα δυσχεραίνειν ἢ πάλιν ἐκεῖνα μὲν ἀτιμάζειν, τούτοις δ'ἐκπεπλῆχθαι δίκην νηπίου παιδὸς φυλάττοντα τὴν περιβολήν, ἣν ἡ πάτριος αὐτῷ συνήθεια καθάπερ τιτθὴ περιέθηκεν.

Pag. 439 F. Paedagogos, animos puerorum consuetudinibus fingentes, comparat cum nutricibus, infantium corpora manibus formantibus: ὥσπερ αἱ τιτθαὶ ταῖς χερσὶ τὸ σῶμα πλάττουσιν, οὕτω τὸ ἦθος ῥυθμίζουσι τοῖς ἔθεσι (scil. οἱ παιδαγωγοί), cf. *pag. 3 E., *pag. 9 A.

Φίλτρον, *philtrum*, *poculum amatorium*, sensu translato *illecebras* significans occurrit in vita Numae c. 16 pag. 71 B. τὴν γεωργίαν ὁ Νουμᾶς οἷον εἰρήνης φίλτρον ἐμμίξας τοῖς πολίταις.

In vita Arati c. 33 pag. 1042 E. Aratum saepius Piraeum aggressum, neque ob infelicem successum defatigatum sed eo ipso, quod non multum a potiendo eius abfuisset, animum confirmantem comparat cum iis quibus res in amore sint minus secundae: ἐδήλωσε δὲ καὶ αὐτὸς ὁ Ἄρατος πολλάκις ὥσπερ οἱ δυσέρωτες ἐπιχειρήσας τῷ Πειραιεῖ καὶ πρὸς τὰς διαμαρτίας οὐκ ἀποκαμὼν ἀλλὰ τῷ παρὰ μικρὸν ἀεὶ καὶ σύνεγγυς ἀποσφάλλεσθαι τῶν ἐλπίδων πρὸς τὸ θαρρεῖν ἀνακαλούμενος.

Pag. 61 B. dicendi libertatem, cum adulatione coniunctam, comparat cum lascivarum mulierum morsibus, voluptatem excitantibus atque titillantibus: ἔοικε γὰρ ἡ τοιαύτη παρρησία τοῖς τῶν ἀκολάστων δήγμασι γυναικῶν,

ἐγείρουσα καὶ γαργαλίζουσα τῷ δοκοῦντι λυπεῖν τὸ ἡδόμενον.

Pag. 93 C. ab inconstanti lascivarum mulierum amore comparationem petivit, quo loco miserrime depravato legimus: αἴτιον δὲ μετὰ πολλῶν ἄλλων οὐχ ἥκιστα γ'εἰς φιλίας κτῆσιν ἡ τῆς πολυφιλίας ὄρεξις, ὥσπερ ἀκολάστων γυναικῶν τῷ πολλάκις καὶ πολλοῖς συμπλέκεσθαι τῶν πρώτων κρατεῖν μὴ δυναμένοις ἀμελουμένων καὶ ἀπορρεόντων.

Ultima verba Madvigius in adversariis criticis egregia sagacitate emendavit legendo: ὥσπερ ἔρως ἀκολάστων γυναικῶν. . . . κρατεῖν μὴ δυνάμενος. Etiam verba αἴτιον—κτῆσιν iure offenderunt criticos. Larsenius (in studiis criticis in Plut. Mor. Hauniae 1889 pag. 101 sqq.) ad hunc locum adnotat: „Ἐναντίον, quod pro αἴτιον substituendum esse censuit Wyttenbachius quodque receperunt Dübnerus et Bernardakis, difficultatem non tollit; nam phrasis ἐναντίον εἴς τι vix Graeca est; nec magis placent ea quae Reiskius coniecit: εἰς φιλίας οὐδεμιᾶς κτῆσιν vel εἰς ἀφιλίας κτῆσιν, quoniam his coniecturis in dicendi genus aeque abstrusum incurrimus; et si Hercherum secuti ἐναντιοῦται—πρὸς scribimus, vereor, ne mutatione admodum improbabili longius aequo a codicum vestigiis abducamur. Mihi accuratius rem deliberanti non verba tradita mutanda, sed lacuna explenda esse videtur. Quae interciderunt fortasse ita suppleri possunt: αἴτιον δὲ μετὰ πολλῶν ἄλλων οὐχ ἥκιστα τοῦ μὴ ἥκειν εἰς φιλίας κτῆσιν." Qua lectione recepta omnia recte se habere puto.

Pag. 134 F. homines qui cruditate laborantes conturbantia ac corpus corrumpentia medicamenta adhibent, ut impleri rursus et voluptate frui possint, comparat cum libidinosis mulieribus abortum aut foetus interitum efficientia venena sumentibus: ταρακτικὰς καὶ φθαρτικὰς

φαρμακείας, ἐφ' ἃς πολλοὶ φέρονται προχείρως, καθάπερ ἀκόλαστοι γυναῖκες, ἐκβολίοις χρώμεναι καὶ φθορίοις ὑπὲρ τοῦ πάλιν πληροῦσθαι καὶ ἡδυπαθεῖν.

In vita Lycurgi c. 29 pag. 51 E. loquacitas, sermonem futilem et stultum efficiens comparatur cum semine eorum qui rei venereae intemperantes sunt: ὡς γὰρ τὸ σπέρμα τῶν πρὸς τὰς συνουσίας ἀκολάστων ἄγονον ὡς τὰ πολλὰ καὶ ἄκαρπόν ἐστιν, οὕτως ἡ πρὸς τὸ λαλεῖν ἀκρασία κενὸν τὸν λόγον ποιεῖ και ἀνόητον.

Pag. 470 A. eos qui semper alienam famam et fortunam admirentur, comparat cum adulteris, alienas semper cupientibus mulieres: οἱ δὲ πολλοὶ τὸν ἑαυτῶν βίον, ἔχοντα πολλὰς οὐκ ἀτερπεῖς ἀναθεωρήσεις, ἐῶσιν, ἔξω βλέποντες ἀεὶ καὶ θαυμάζοντες ἀλλοτρίας δόξας καὶ τύχας, ὥσπερ μοιχοὶ τὰς ἑτέρων γυναῖκας, αὑτῶν δὲ καὶ τῶν ἰδίων καταφρονοῦντες.

Γῆρας, *senectus*, metaphorice adhibitum occurrit pag. 736 A., ubi finem autumni anni senectutem vocat: ἔοικε δὲ τοῦ ἐνιαυτοῦ περιιόντος οἷον γῆρας εἶναι τὸ φθινόπωρον.

Τάφος, *sepulcrum*, tropice usurpatum invenimus in vita Bruti c. 2 pag. 985 A., ubi Plutarchus Brutum scribentem facit: Ξάνθιοι τὴν ἐμὴν εὐεργεσίαν ὑπεριδόντες τάφον ἀπονοίας ἐσχήκασι τὴν πατρίδα.

Ἐνταφιάζειν, *funerare*, in metaphora occurrit in vita Dionis c. 44 pag. 977 D.: ὥσπερ ἐνταφιάσαι τὴν τυραννίδα τῇ πόλει πίπτουσαν ἐβούλετο (scil. ὁ Διονύσιος). i. e. tyrannidem ruentem urbis exitio parentare volebat.

Pag. 336 F. dicit exercitum Alexandri post eius mortem dissipatum esse ceu *cadaver* ex quo anima effugerit: : ὥσπερ τὰ νεκρὰ σώματα, τῆς ψυχῆς ἐκλιπούσης, οὐκέτι συνέστηκεν οὐδὲ συμπέφυκεν, ἀλλ' ἐξίσταται καὶ διαλύεται ἀπ'

ἀλλήλων καὶ σαπέντα καταφθίνει· οὕτως ἀφεῖσα τὸν Ἀλέξανδρον ἡ δύναμις ἤσπαιρεν, ἐπάλλετο, ἐφλέγμαινε, Περδίκκαις καὶ Μελεάγροις καὶ Σελεύκοις και Ἀντιγόνοις ὥσπερ πνεύμασι θερμοῖς ἔτι καὶ σφυγμοῖς διάττουσι καὶ διαφερομένοις· τέλος δ' ἀπομαραινομένη καὶ φθίνουσα περὶ αὑτὴν οἷον εὐλάς τινας ἀνέζεσεν ἀγεννῶν βασιλέων καὶ ἡγεμόνων ψυχορραγούντων.

Σαπέντα καταφθίνει est Herwerdeni emendatio verborum misere depravatorum ἄπεισι καὶ φεύγει. Cf. v. Herw. Plutarch. pag. 12.

§ 5. Metaphorae ab educatione et schola ductae.

Διδασκαλεῖον, *schola*, in praeceptis coniugalibus pag. 144 F. sensu translato positum occurrit, ubi thalamum uxori scholam vocat aut modestiae aut impudicitiae: ὡς τὸν θάλαμον αὐτῇ (scil. τῇ γυναῖκι) διδασκαλεῖον εὐταξίας ἢ ἀκολασίας γενησόμενον.

Pag. 59 F. adulator, exigua tantum peccata reprehendens, maiora autem nihil ad se pertinere putans, comparatur cum grammatico ob tabellam ac stilum puerum increpanti, soloecismos eius et barbarismos dissimulanti: γονέων δ' ὀλιγωρία καὶ παίδων ἀμέλεια καὶ ἀτιμία γαμετῆς καὶ πρὸς οἰκείους ὑπεροψία καὶ χρημάτων ὄλεθρος οὐδέν ἐστι πρὸς αὐτὸν (scil. τὸν κόλακα) ἀλλ' ἄφωνος ἐν τούτοις καὶ ἄτολμος, ὥσπερ γραμματικὸς ἐπιπλήττων παιδὶ περὶ δέλτου καὶ γραφείου, σολοικίζοντος δὲ καὶ βαρβαρίζοντος οὐ δοκῶν ἀκούειν.

Pag. 141 C. habet metaphoram a numerando digitis ductam. Dicit nempe philosophus: δεῖ μὴ τοῖς ὄμμασι γαμεῖν, μηδὲ τοῖς δακτύλοις, *non oculis*, *non digitis uxor ducenda est;* quam metaphoram ipse explicat, dum pergit:

ὥσπερ ἔνιοι ψηφίσαντες πόσα φέρουσαν λαμβάνουσιν i. e. quod faciunt nonnulli *supputantes* sponsae dotem ac divitias.

Pag. 611 A. non totam vitam ob unicum dolorem tristem habendam esse dicit, comparatque eam cum libro, unicam lituram habenti, dum reliqua omnia pura sunt et sincera: ὅπερ ἡμῖν παθεῖν οὐ προςήκει συκοφαντοῦσι τὸν ἑαυτῶν βίον, εἰ μίαν ἔσχηκεν, ὥσπερ βιβλίον, ἀλοιφὴν ἐν πᾶσι καθαροῖς καὶ ἀκεραίοις τοῖς ἄλλοις.

§ 6. Metaphorae a ludis depromptae.

Ut poëtae et reliqui scriptores, complures Plutarchus metaphoras petivit a *ludo tesserarum.* Sic vocabulum ἀναρριπτεῖν, quod proprie *tessaras* vel *talos iacere* significat, de eo qui periculosum aggreditur laborem, usurpat: v. c. in vita Arati c. 5 pag. 1029 B. ἀναρριπτεῖν τὸ πᾶν πρὸς ἕνα κίνδυνον, in vita Niciae c. 11 pag. 531 A. ἀναρρίψας τὸν κίνδυνον, in vita Demosthenis c. 20 pag. 855 B., in compar. Sol. et Poplic. pag. 111 B., in compar. Ages. et Pomp. c. 4 pag. 663 F., in compar. Dionis et Bruti c. 1 pag. 1010 A.

In vita Bruti c. 40 pag. 1002 D. Plutarchus Brutum dicentem facit, se coactum esse res patriae in unius pugnae discrimen adducere, quod hisce verbis significat: ἀναγκαζόμενος διὰ μιᾶς μάχης ἀναρρῖψαι τὸν περὶ τῆς πατρίδος κύβον.

In vita Fabii Maximi c. 14 pag. 182 B. de Terentio Varrone legimus: δῆλος ἦν εὐθὺς ἀπειρίᾳ καὶ θρασύτητι τὸν περὶ τῶν ὅλων ἀναρρίψων κύβον.

In vita Coriolani c. 3 pag. 214 D. comparationem a tesserarum ludo petitam invenimus, ubi rege Tarquinio,

Roma pulso, ultima experienti ad patriam regnumque recuperandum legimus: μετὰ πολλὰς μάχας καὶ ἥττας ὥσπερ ἔσχατον κύβον ἀφιέντι πλεῖστοι μὲν Λατίνων, πολλοὶ δὲ καὶ τῶν ἄλλων Ἰταλιωτῶν συνελάμβανον καὶ συγκατῆγον ἐπὶ τὴν Ῥώμην.

Διακυβεύειν, *aleam iacere*, sensu translato periculi subeundi dictum occurrit pag. 70 C., ubi Plutarchus Diogenem Philippo, quaerenti num explorator esset, respondentem facit: πάνυ μὲν οὖν κατάσκοπος, ὦ Φίλιππε, τῆς ἀβουλίας σου καὶ τῆς ἀνοίας, δι' ἣν οὐδενὸς ἀναγκάζοντος ἔρχῃ περὶ τῆς βασιλείας καὶ τοῦ σώματος ὥρᾳ μιᾷ διακυβεύσων. Cf. pag. 128 A., 606 C.

Proverbium a calculorum ludo ductum pag. 783 A. invenimus, ubi dicit cunctationem et mollitiem a certaminibus civilibus nos avocantes, cum plurimas alias praescriptiones usurpare, tum ultimam senectutis excusationem quasi a sacra linea adducere: πλείστας αἱ πρὸς τοὺς πολιτικοὺς ἀγῶνας ἀποκνήσεις καὶ μαλακίαι προφάσεις ἔχουσαι, τελευταίαν ὥσπερ τὴν ἀφ' ἱερᾶς ἐπάγουσι τὸ γῆρας. De proverbio τὴν ἀφ' ἱερᾶς (scil. γραμμῆς) ψῆφον κινεῖν vide Diogen. V. 41, quaeque ibi adnotaverunt editores.

Denique *e talorum ludo* petitum videtur verbum παραβάλλεσθαι, quod sensu *periclitandi* iam apud Homerum Il. IX, 322 usurpatum invenimus. (Homerus autem *tesserarum* ludum non novisse videtur, sed novit *talorum.* Cf. Il. XXIII, 88.) Apud Plutarchum tropice adhibitum occurrit in vita Artaxerxis c. 19, pag. 1020 D. ὑπὲρ τῶν μεγίστων παραβαλλόμενος, cf. pag. 995 D. Simili translatione παράβολος ponitur in vita Galbae c. 1, pag. 1052 B., in vita Dionis c. 23 pag. 968 A. παραβόλοις πράγμασι, in vita Antonii c. 69 pag. 948 C. ἔργῳ παρα-

βόλῳ, παραβόλως in vita Arati c. 27 pag. 1039 D., c. 35 pag. 1048 E.

Pilae lusus, qui mutuis emittendi et accipiendi partibus continetur, scriptori nostro comparationis ansam dedit pag. 45 E., ubi dicit inter dicentem et auditorem, si uterque recte officium tueatur, quandam concinnitatem esse, sicut in pilae ludo iacientis et excipientis corporis motus concinni esse solent: ὥσπερ ἐν τῷ σφαιρίζειν τῷ βάλλοντι δεῖ συγκινούμενον εὐρύθμως φέρεσθαι τὸν δεχόμενον, οὕτως ἐπὶ τῶν λόγων ἔστι τις εὐρυθμία καὶ περὶ τὸν λέγοντα καὶ περὶ τὸν ἀκροώμενον, ἂν ἑκάτερος τὸ προςῆκον αὐτῷ φυλάττῃ.

Huc quoque referenda est imago, quam adhibet pag. 582 E.: ἡ γὰρ χάρις, οὐχ ἧττον δεομένη τοῦ λαμβάνοντος ἢ τοῦ διδόντος, ἐξ ἀμφοῖν τελειοῦται πρὸς τὸ καλόν, ὁ δὲ μὴ δεξάμενος ὥσπερ σφαῖραν εὖ φερομένην κατῄσχυνεν ἀτελῆ πεσοῦσαν.

Denique ad pilae lusum spectat, quod legimus pag. 38 E.: καίτοι τοῖς μὲν σφαιρίζουσιν ἅμα τοῦ βαλεῖν καὶ τοῦ λαβεῖν τὴν σφαῖραν ἡ μάθησις· ἐν δὲ τῇ τοῦ λόγου χρείᾳ τὸ δέξασθαι καλῶς τοῦ προέσθαι πρότερόν ἐστιν.

§ 7. Metaphorae ab arte equitandi petitae.

Ἡνία, *habena*, et χαλινός, *frenum*, crebras nostro praebent metaphoras. Sic in vita Arati c. 45 pag. 1048 C. Aratus dicitur regni habenas Antigono tradidisse: τὰς ἡνίας παραδεδωκὼς Ἀντιγόνῳ.

*Pag. 13 E. metaphoram a remittendo et adstringendo habenas ductam reperimus: ἐφεῖναι (lege cum Dübnero ἀφεῖναι) καὶ χαλάσαι τὰς ἡνίας ταῖς ἐπιθυμίαις τῶν παίδων, τότε δὲ πάλιν ἀντιτεῖναι.

Pag. 580 A. superstitionem frenum idoneum ad populum regendum vocat philosophus. Dicit nempe h. l. civilibus viris fortasse non inutile esse, ut superstitione, quasi freno, multitudinem compescant et ad utilia torqueant: πολιτικοῖς μὲν ἀνδράσι καὶ πρὸς αὐθάδη καὶ ἀκόλαστον ὄχλον ἠναγκασμένοις ζῆν οὐκ ἄχρηστον ἴσως ἐστίν, ὥσπερ ἐκ χαλινοῦ τῆς δεισιδαιμονίας πρὸς τὸ συμφέρον ἀντισπάσαι καὶ μεταστῆσαι τοὺς πολλούς.

Pag. 328 C. Critiam, Alcibiadem, Clitophontem, praecepta Socratis neglexisse dicit. Quod, metaphora de equis intractabilibus sumpta, hisce verbis significat: Ἀλλὰ Κριτίαι καὶ Ἀλκιβιάδαι καὶ Κλειτοφῶντες, τὸν λόγον αὐτοῦ (scil. τοῦ Σωκράτους) ὥσπερ χαλινὸν ἐκπτύσαντες, ἄλλῃ πῃ παρετράπησαν. Cf. *pag. 12 C.

Εὐήνιος, *tractabilis*, *qui facile gubernari et flecti potest*, proprie dictum de equis, varie transfertur; v. c. ad homines *pag. 7 F. εὐήνιος ἄνθρωπος, ad animum pag. 592 A. εὐηνίαις ψυχαῖς, cf. pag. 453 C.

Similiter πειθήνιος tropice usurpatum occurrit pag. 90 C. τὴν περὶ τὴν γλῶτταν ἐγκράτειαν ἀεὶ τῷ λογισμῷ πειθήνιον ἔχειν.

Exempla verbi ἐπιστομίζειν, *frenum iniicere*, metaphorice adhibiti, habemus pag. 529 F. ἡ δυσωπία ἐπιστομίζει συμβουλεύοντας, pag. 67 E. ὁ ψάλτης ἐπεστόμισε τὸν Φίλιππον, cf. pag. 472 A., in vita Arati c. 1 pag. 1027 D.

Ἀποχαλινοῦν, *frenum detrahere*, metaphorice usurpatum est pag. 794 C. ἀποχαλινοῦν τὴν αἰδῶ τῶν νέων, i. e. frenum verecundiae iuvenibus detrahere.

Similiter ab *equitibus* metaphoras sumpsit Plutarchus. Sic pag. 33 F. τρόπος πείθει διὰ λόγου καθάπερ

ἱππεὺς διὰ χαλινοῦ, i. e. mores alicuius movent alium oratione, sicut eques freno regit equum. In codicibus ἵππος legitur, quam lectionem, a Grotio correctam, iniuria Dübnerus retinuit. Nam cum sententia hanc correctionem postulat, tum emendatio confirmatur pag. 801 C., ubi in eadem comparatione ἱππεὺς est in codicibus. Qui locus autem alio vitio laborat. Excidit enim et turbatum est aliquid. Madvigius Advers. Crit. pag. 660 pro οὕτω πόλιν πείθειν οὐ λόγῳ ἀλλὰ τρόπῳ χρωμένην ὥσπερ οἴακι καὶ χαλινῷ τὴν πολιτικὴν ἀρετὴν κ. τ. λ., quod est in codicibus, legendum putat: οὕτω πόλιν πείθειν οὐ λόγον οὐδὲ τρόπον ἀλλὰ λόγῳ καὶ τρόπῳ χρωμένην ὥσπερ οἴακι καὶ χαλινῷ τὴν πολιτικὴν ἀρετήν. Quae emendatio, pag. 33 F. collata, admodum probabilis esse videtur.

In vita Arati c. 38 pag. 1045 B. Aratus cum equite comparatur, qui populum Achaeorum, tamquam equum, non prius conscendit, quam datis obsidibus et praesidio imposito, tamquam frenum ferre didicisset: οὐ γὰρ πρότερον ἐπέβη τοῖς Ἀχαίοις ἢ τῇ φρουρᾷ καὶ τοῖς ὁμήροις ὥσπερ χαλινουμένους ἀνασχέσθαι.

Ἀποσείεσθαι, proprie significans *abiicere equitem*, pag. 324 E. usurpatur de superbienti populo Camillum expellenti: ὁ δῆμος ὑψαυχενῶν ἀπεσείσατο τὸν Κάμιλλον. Cf. in vita Arati c. 49 pag. 1050 A.

Admodum frequens est illa populi comparatio cum equo intractabili. Sic pag. 800 C. legimus, non cuiusvis esse multitudini salutare frenum iniicere et nos iam contentos esse debere, si, ut est bellua suspitiosa et inconstans, nullo visu audituve consternata, rectorem admittat: ἀλλ' ἀγαπητὸν εἰ μήτ' ὄψει μήτε φωνῇ πτυρόμενος, ὥσπερ θηρίον ὕποπτον καὶ ποικίλον, ἐνδέχοιτο τὴν ἐπιστασίαν.

*Pag. 13 F. πωλοδαμνεῖν, proprie de pullis equinis dictum, metaphorice de adolescentibus usurpat: σκιρτῶσα νεότης πωλοδαμνεῖται. Cf. Soph. Aiac. 550.

Ab *aurigis* quoque Plutarchus nonnullas comparationes deprompsit. Sic in vita Galbae c. 6 pag. 1055 D. duces Verginius et Varus, qui suos exercitus a pugna retinere non possunt, cum aurigis confert, habenarum impotentibus: τὰ Οὐεργινίου καὶ Οὐίνδικος στρατεύματα βίᾳ τοὺς ἡγεμόνας, ὥσπερ ἡνιόχους κρατῆσαι χαλινῶν μὴ δυνηθέντας, εἰς μαχὴν ἐξενεγκόντα κ. τ. λ.

Pag. 442 D. dicit corpus parere rationi adhortanti, tamquam equum aurigae, habenas concutienti: πάντα μέρη τοῦ σώματος ὑπακούει, τοῦ λογισμοῦ ὥσπερ ἡνίας σείσαντος.

Similiter ratio cum auriga comparatur pag. 445 B., ubi legimus rationem gubernare concupiscentem animi partem, velut placidum et obsequens pecus: ὁ λογισμὸς ἡνιοχεῖ τὸ παθητικὸν ὥσπερ εὐήνιον θρέμμα καὶ πρᾷον, cf. pag. 31 D., 145 C., 588 E.

Pag. 802 C. oratio, quam Nicias habuit ad populum a consilio Siciliae aggrediendae deflectendum, comparatur cum freno laxo, quo populum, ut equum, cohibere conabatur: καθάπερ ἀμβλεῖ χαλινῷ τῷ λόγῳ πειρώμενος ἀποστρέφειν τὸν δῆμον.

Tandem ὄχημα, *vehiculum*, in comparatione adhibitum reperimus pag. 16 C., ubi dicit Theognidis aliorumque sententias esse orationes, mensuram et granditatem pro vehiculo mutuantes a poësi, ut pedestris incessus humilitatem effugiant: γνωμολογίαι Θεόγνιδος λόγοι εἰσὶ κιχράμενοι παρὰ ποιητικῆς, ὥσπερ ὄχημα, τὸ μέτρον καὶ τὸν ὄγκον, ἵνα τὸ πεζὸν διαφύγωσιν.

Sic de introducta loco metricae prosa oratione in tradenda historia et philosophia noster pag. 406 E. dicit: κατέβη μὲν ἀπὸ τῶν μέτρων ὥσπερ ὀχημάτων ἡ ἱστορία καὶ τῷ πεζῷ μάλιστα τοῦ μυθώδους ἀπεκρίθη τὸ ἀληθές. Cf. pag. 130 C.

§ 8. Metaphorae a venatione et arte piscatoria sumptae.

Admodum frequentes, cum apud poëtas, tum apud pedestres omnium temporum scriptores huius generis metaphorae inveniuntur. Sic apud nostrum ἄγρα, *venatio*, sensu translato positum occurrit in vita Catonis Minoris c. 10 pag. 763 F., ubi de Catone, speranti, se non infelicem fore in Athenodori amicitia comparanda, legimus: πιστεύων μὴ ἀτυχήσειν τῆς ἄγρας, cf. in vita Bruti c. 50 pag. 1007 A., pag. 1008 A.

Θηρᾶσθαι, *venari*, similiter atque vernaculo sermone verbum *najagen* usurpatum invenimus pag. 48 A. θηρώμενος δόξαν, cf. pag. 59 E.

Διώκειν eodem sensu usurpat pag. 135 E. δόξας ἀκάρπους καὶ κενὰς διώκοντες. Pag. 52 B. adulator dicitur θηρεύειν νέον.

Παλεύειν, proprie *aves capere per allectores* significans, pag. 52 B. de adulatore, alios decipienti, adhibet: ὁ κόλαξ ἑτέρους παλεύει.

Περιβάλλειν, *circumiicere rete piscibus vel feris*, pag. 342 C. de fortuna dicitur Philippum innumeris occupationibus circumdanti: ἡ τύχη Φιλίππῳ μυρίας περίεβαλλεν ἀσχολίας.

Huc quoque referendi sunt loci, ubi ἴχνος sensu

translato adhibetur, v. c. pag. 88 D. ἴχνος φιλοσοφίας, pag. 439 F. ἴχνος ἀρετῆς. Hinc pag. 87 C. ἐξιχνεύειν τὰς ἁμαρτίας, investigare peccata.

Pag. 58 B. dicit adulatores laudantes facilius latere, cum non laudare, sed aliud quid agere putantur, comparans eos cum venatoribus, facilius feras latentibus, si non venari se sed iter facere aut pascere aut agrum colere fingunt: ὥσπερ γὰρ οἱ θηρεύοντες, ἂν μὴ τοῦτο ποιεῖν ἀλλ' ὁδοιπορεῖν ἢ νέμειν ἢ γεωργεῖν δοκῶσι, μᾶλλον τὰ θηρευόμενα λανθάνουσιν, οὕτως οἱ κόλακες ἅπτονται μάλιστα τοῖς ἐπαίνοις, ὅταν ἐπαινεῖν μὴ δοκῶσιν, ἀλλ' ἕτερόν τι πράττειν.

Pag. 520 F. institutio canum venaticorum scriptori nostro hanc suggerit comparationem: καθάπερ οἱ κυνηγοὶ τοὺς σκύλακας οὐκ ἐῶσιν ἐκτρέπεσθαι καὶ διώκειν πᾶσαν ὀδμήν, ἀλλὰ τοῖς ῥυτῆρσιν ἕλκουσι καὶ ἀνακρούουσι, καθαρὰν αὐτῶν φυλάττοντες καὶ ἄκρατον τὸ αἰσθητήριον ἐπὶ τὸ οἰκεῖον ἔργον, ἵν' εὐτονώτερον ἐμφύηται τοῖς ἴχνεσιν, οὕτω δεῖ τὰς ἐπὶ πᾶν θέαμα καὶ πᾶν ἄκουσμα τοῦ πολυπράγμονος ἐκδρομὰς καὶ περιπλανήσεις ἀφαιρεῖν καὶ ἀντισπᾶν ἐπὶ τὰ χρήσιμα φυλάττοντας. Ita ut venatores canes instituunt, oportet curiosos, ad quaevis spectacula et quasvis auditiones excurrentes, caute ad utilia retrahere.

Pag. 344 A. Alexander, in Oxydracis a barbaris inclusus, desertus et auxilii inops, comparatur cum fera cassibus implicita: ὁ δ' εὐτυχὴς βασιλεύς, ὥσπερ θηρίον ἄρκυσιν ἐνσχεθείς, ἔρημος ἦν καὶ ἀβοήθητος.

In vita Luculli c. 3 pag. 493 D. de Mithradate, terrestri obsidione a Fimbria cincto, dicitur: γεγονὼς ἐντὸς ἀρκύων, i. e. plagis saeptus.

Ὀρνιθοθῆραι, *aucupes*, in comparatione occurrunt pag. 800 A. Comparantur cum aucupibus aves capere

conantibus eorum vocem imitando adulatores aulici, qui vocem suam ad imitationem regum componunt itaque eos subeunt et decipiunt: οἱ μὲν αὐλικοὶ κόλακες ὥσπερ ὀρνιθοθῆραι μιμούμενοι τῇ φωνῇ καὶ συνεξομοιοῦντες ἑαυτοὺς ὑποδύονται μάλιστα καὶ προςάγουσι δι' ἀπάτης τοῖς βασιλεῦσιν.

Iam transeamus ad *artificium piscatorium.*

Vocabula δελεάζειν, *inescare*, δελέασμα, δέλεαρ, *esca*, passim sensu *illiciendi*, *illecebrae* Plutarchus adhibet. Sic in vita Arati c. 17 pag. 1034 D. legimus: τῷ παιδὶ χρώμενος ὥσπερ δελεάσματι, cf. in vita Galbae c. 1 pag. 1053 F., pag. 823 D., *pag. 13 A. ἡδονὴ dicitur δέλεαρ ἀφύλακτον, cf. pag. 210 C., 669 A., *829 D.

Pag. 554 F. flagitii suavitatem cum esca comparat, ubi dicit de homine, qui scelus commisit: τὸ γλυκὺ τῆς ἀδικίας ὥσπερ δέλεαρ ἐξεδήδοκεν, cf. pag. 547 C. μικρὸν εὐλογίας οἷον δέλεαρ ὑποβάλλοντες.

Μήρινθος, *funiculus piscatorius*, pag. 333 C. sensu *incitamenti* ponitur: φόβος οὐ μόνον μνήμην ἐκπλήττει, ἀλλὰ καὶ προαίρεσιν πᾶσαν καὶ φιλοτιμίαν καὶ ὁρμήν, εἰ μὴ μηρίνθους φιλοσοφία περιτέθεικεν. In comparatione adhibetur pag. 748 C.: ταῦτα τὰ ποιήματα ὅλον ὥσπερ τισὶ μηρίνθοις ἕλκουσι τὸ σῶμα τοῖς μέλεσιν.

Pag. 494 B. nidus alcyonis comparatur cum *nassa:* τὸ μὲν σχῆμα περιαγὲς (scil. τῆς νεοττιᾶς) ὡς ἁλιευτικοῦ κύρτου καὶ πρόμηκες ἀπεργάζεται ἡ ἀλκυών.

Pag. 169 C. superstitio cum rete confertur. Dicit nempe Plutarchus de Iudaeis, propter sabbatum nihil se moventibus, cum hostes scalas admoverent muris: ἀλλ' Ἰουδαῖοι σαββάτων ὄντων ἐν ἀγνάπτοις καθεζόμενοι τῶν πολεμίων κλίμακας προςτιθέντων καὶ τὰ τείχη καταλαμ-

βανόντων, οὐκ ἀνέστησαν ἀλλ' ἔμειναν ὥσπερ ἐν σαγήνῃ μιᾷ τῇ δεισιδαιμονίᾳ συνδεδεμένοι.

Pag. 592 A. stellas, alias magis, alias minus fluctuantes comparat cum taleis suberis, quibus retia in mari indicantur: θεᾶσθαι τῶν ἀστέρων ἀποσαλεύοντας τοὺς μὲν ἧττον, τοὺς δὲ μᾶλλον, ὥσπερ τοὺς τὰ δίκτυα διασημαίνοντας ἐν τῇ θαλάσσῃ φέλλους ὁρῶμεν ἐπιφερομένους.

§ 9. Metaphorae ab arte musica ductae.

Permultas habet noster huius generis metaphoras et comparationes, quarum iam brevem conspectum dabimus. Primum videamus de singulis vocabulis musicis tropice adhibitis.

Vocabulum ἐμμελής (proprie, qui est ἐν μέλει) de omni concinno usurpat. Sic in vita Pelopidae c. 19 pag. 288 A. invenimus: ἐμμελεστάτην πολιτείαν, i. e. optime compositam rempublicam; in vita Luculli c. 1 pag. 491 F. de Lucullo dicit: ἦν οὐκ ἐπὶ τὴν χρείαν μόνην ἐμμελὴς αὐτοῦ ὁ λόγος, in eadem vita c. 16 pag. 501 D. Lucullus dicitur fuisse ἐμμελὴς ὁμιλῆσαι, i. e. accuratus in consuetudine cum aliis; cf. pag. 456 A. ἐμμελὴς ἀκόλουθος, accuratus pedisequus, pag. 544 A., ut alios locos omittam.

Πλημμελής (proprie, qui est παρὰ μέλος) tropice dictum habemus v. c. *pag. 8 A., 171 A.

Πλημμελεία, πλημμέλημα, πλεμμελεῖν, quae vocabula, ut apparet, proprie dicuntur de erroribus in canendo, de omni vitio adhibet v. c. pag. 444 C., 168 D., *12 B., 401 C., 520 B., 39 A., 459 A., 372 A., 361 C.

Ῥυθμίζειν, *ad numeros redigere*, *modulari*, de musica ad varias res transfert. Sic pag. 350 D. de Isocrate

dicit: τὰς περιόδους ῥυθμίζων, *pag. 3 E. τὸ ἦθος ῥυθμίζων, cf. *pag. 8 C.: εὐρυθμία σωμάτων.

Huc quoque referendi sunt loci, ubi vocabula ἁρμόζειν, ἁρμονία, εὐάρμοστος sensu translato posita reperiuntur.

Ἁρμόζειν ad matrimonium et nuptias transfertur in vita Alexandri c. 2 pag. 665 B. λέγεται δὲ Φίλιππος— τὸν γάμον οὕτως ἁρμόσαι, i. e. nuptias ita contraxisse; in vita Catonis Minoris c. 7 pag. 762 D. ἡρμόσατο Λεπίδαν, duxit uxorem Lepidam; pag. 138 C. Musis concentum coniugii efficiendum esse dicit: τὴν περὶ τὸν γάμον ἐμμέλειαν ἡρμοσμένην παρέχειν, cf. pag. 144 C.

Pag. 352 F. legitur ἐσθῆτα εὐάρμοστον πρὸς πᾶσαν ὥραν, cf. pag. 342 F., 138 D., 141 B.

Σύμφωνος, συμφωνία, tropice usurpata occurrunt pag. 139 F., 96 E., Προςῳδός pag. 138 B.

Iam transeamus ad comparationes ad artem musicam spectantes. Pag. 620 F. Plutarchus dicit magistrum convivii convivarum ingenia cognoscere debere et ex uniuscuiusque temperamento ad vinum, alios ad potandum adhortari, alios ne nimis potent cohibere, comparans eum cum musico, remissiores nervos intendenti, alios nimium intentos laxanti, ut concentum efficiat: ἀνθρώπου δὲ πρὸς οἶνον κρᾶσιν τῷ συμποσιάρχῃ γιγνώσκειν προςήκει καὶ γιγνώσκοντι φυλάττειν, ἵν' ὥσπερ ἁρμονικὸς τὸν μὲν ἐπιτείνων τῇ πόσει, τὸν δ' ἀνιεὶς καὶ ὑποφειδόμενος εἰς ὁμαλότητα καὶ συμφωνίαν ἐκ διαφορᾶς καταστήσῃ τὰς φύσεις.

Pag. 826 F. tres formas rei publicae esse ait Plutarchus, monarchiam, oligarchiam, democratiam, reliquas autem esse earum corruptelas, ortas inde quod in iis modus excederetur aut aliqua in iis omitterentur, sicut

in musico concentu vitia oriuntur, principibus modis seu tonis nimium aut non satis contentis: τὰς γὰρ ἄλλας (scil. πολιτείας) ὥσπερ ἐν τοῖς μουσικοῖς διαγράμμασι τῶν πρώτων τρόπων ἀνιεμένων ἢ ἐπιτεινομένων συμβέβηκε παρακρούσεις καὶ διαφθορὰς κατ' ἔλλειψιν καὶ ὑπερβολὴν εἶναι.

Porro metaphorae a nervorum intentione et relaxatione depromptae reperiuntur: pag. 55 D., 809 F., 474 A., 802 F., 88 D., 133 A.

*Pag. 3 D. metaphoram sumpsit ab epitonio lyrae. Ἐπιτόνιον autem (Latini *epitonium* dicunt) est manubrium, quo vertendo instrumenti musici fides vel intenduntur vel relaxantur, ut acutior aut gravior sonus audiatur; idem est atque ὁ κόλλοψ sive ὁ κόλλαβος, quem iam Homerus novit. Cf. Odyss. 21, 407: ἐτάνυσσε νέῳ περὶ κόλλοπι χορδήν. Aristophanes hoc vocabulum tropice usurpat in Vespis, 572: χ' ἡμεῖς αὐτῷ τότε τῆς ὀργῆς ὀλίγον τὸν κόλλοπ' ἀνεῖμεν. Ad quem locum scholiasta adnotat: κόλλοπες λέγονται οἱ πασσαλισκοὶ τῆς κιθάρας, εἰς οὓς ἀποδεσμοῦνται αἱ νευραὶ καὶ τείνονται στρεφομένων. Cf. Platonem in re publ. VII, 531 B. et schol. ad h. l. Verba Plutarchi haec sunt: ἡ γὰρ συντροφία ὥσπερ ἐπιτόνιόν ἐστι τῆς εὐνοίας. Quem ad modum igitur sonus intenditur epitonio vertendo, ita convictu augetur benevolentia.

Ab *harmoniis* metaphoram petivit pag. 83 F., ubi dicit nobis ad constituendos nostros in virtute profectus considerandum esse εἰ Δωρίοις μᾶλλον ἢ Λυδίοις, ὥσπερ οἱ μελῳδοῦντες, ὑπερβολαῖς ἁμαρτάνομεν, quae verba ipse explicat addendo: σκληρότεροι περὶ τὴν δίαιταν ὄντες ἢ μαλακώτεροι. Dorica autem harmonia erat gravis et severa, Lydia mollis et levis (cf. Plut. de musica c. 16. W.

Christ.: Metrik der Griechen und Römer, pag. 683 sqq.). Itaque „Doricis magis quam Lydiis excessibus peccare" idem est ac magis in gravitate quam in mollitie modum excedere.

Pag. 142 D. *tibicinium* argumentum comparationis scriptori praebuit: δεῖ (scil. τὴν γυναῖκα) διὰ τοῦ ἀνδρὸς λαλεῖν, μὴ δυσχεραίνουσαν, εἰ δι' ἀλλοτρίας γλώσσης, ὥσπερ αὐλητής, φθέγγεται σεμνότερον. Obtinet h. l. verborum lusus, quia γλῶσσα non modo linguam humanam, sed etiam ligulam tibiae significat (cf. de hac significatione vocabuli γλῶσσα Bekker, Anecd. Graec. 32, Plin. 16, 36). Itaque mulier, lingua mariti vocem edens propria graviorem, comparatur cum tibicine, ligula tibiae canenti.

Pag. 41 C. abundantem atque ornatu superbientem dictionem in re tractanda idem efficere dicit, quod tibia in cantando. Sicut enim tibia impedit, quominus auditores canentium errores audiant, ita copiosa atque ornata dictio saepe recto rei, de qua agitur, iudicio obstat: ὡς γὰρ τῶν ὑπ' αὐλοῖς ᾀδόντων αἱ πολλαὶ τοὺς ἀκούοντας ἁμαρτίαι διαφεύγουσιν, οὕτω περιττὴ καὶ σοβαρὰ λέξις ἀντιλάμπει τῷ ἀκροατῇ πρὸς τὸ δηλούμενον.

Pag. 491 A. amici alterius partis studiosi cum sonis inconcinnis in modis musicis comparantur. Non coniunctionem sed disiunctionem efficiunt: ἄνισοι φίλοι, καθάπερ ἐν διαγράμματι μουσικῷ φθόγγοι, διάζευξιν οὐ συναφὴν ποιοῦσιν.

§ 10. Metaphorae a cultu deorum, a ludis sollemnibus, a mythologia depromptae.

Pauca tantummodo comparationum ad deorum cultum pertinentium exempla exstant apud Plutarchum. Primum

habemus locum in vita Fabii Maximi c. 17, pag. 184 C., ubi ἱερὸν et βωμὸς in comparatione occurrunt. Narrat ibi Plutarchus Romanos post cladem Cannensem omnem spem collocasse in Fabio Maximo et ad eius viri consilium tamquam templum aramve confugisse: ἡ Ῥώμη — προςφυγοῦσα τῇ γνώμῃ τοῦ ἀνδρὸς ὥσπερ ἱερῷ καὶ βωμῷ.

Ἱερεῖον, *hostia*, ansam comparationi dat in vita Dionis c. 57, pag. 983 A., ubi legimus Dionem pugione, veluti hostiam, a Syracusanis mactatum esse: ἐγχειριδίῳ, καθάπερ ἱερεῖον, τὸν Δίωνα ἀπέσφαξαν.

In disputatione de amore pag. 751 C. Plutarchus dicit nonnullos esse, qui derideant Solonem et Aeschylum, cum velut sacrificulos et hariolos amatores iubeant in femora et coxam inspicere: ἕτεροι μὲν γὰρ καταγελῶσιν αὐτῶν (scil. Σόλωνος καὶ Αἰσχύλου) εἰ καθάπερ θύτας καὶ μάντεις εἰς τὰ μηρία καὶ τὴν ὀσφὺν ἀποβλέπειν τοὺς ἐραστὰς κελεύουσιν.

Ἀπαρχαί, *frugum primitiae*, quae diis consecrabantur, in comparatione occurrunt pag. 384 E.: ἐνίους τῶν Πυθικῶν λόγων τοῖς αὐτόθι φίλοις, ὥσπερ ἀπαρχάς, ἀποστέλλων, i. e. ad amicos, istic degentes, quosdam Pythicis de rebus commentarios, quasi primitias mittens.

Λιβανωτός, *thus*, natura non olens, cum arae imponitur ardenti, odorem exhalat. Unde comparatio ducta est, quae invenitur pag. 715 F.: ἔνιοι γὰρ εὑρητικὴν φύσιν ἔχοντες, ἐν δὲ τῷ νήφειν ἀτολμοτέραν καὶ πεπηγυῖαν, ὅταν εἰς τὸ πίνειν ἔλθωσιν, ὥσπερ ὁ λιβανωτός, ὑπὸ θερμότητος ἀναθυμιῶνται.

Pag. 65 D. legimus Alexandrum adulatoribus sese supplantandum tradidisse, cum ab iis adoraretur, vestiretur adornareturque, ut barbaricum quoddam simula-

crum: Ἄγωσι δὲ καὶ Βαγώαις καὶ Ἀγησίαις καὶ Δημητρίοις ἀφειδῶς ἐνέδωκεν ἑαυτὸν ὑποσκελίζεσθαι, προςκυνούμενον καὶ καταστολιζόμενον καὶ ἀναπλαττόμενον ὑπ' αὐτῶν ὥσπερ ἄγαλμα βαρβαρικόν.

In vita Dionis c. 28 pag. 970 D. Syracusani dicuntur Dionis exercitum spectavisse et excepisse ὥσπερ ἱεράν τινα πομπήν. Et paullo inferius c. 29 pag. 970 E. legimus Dionem ipsum ab iis, tamquam deum, votis appellatum esse: ὥσπερ θεὸν τὸν Δίωνα κατευχαῖς προςετρέποντο.

A *mysteriis Eleusiniis* petita est metaphora *pag. 10 E., ubi clarissimi antiquorum philosophorum, quales fuerunt Archytas et Plato, θεῶν ἱεροφάνται καὶ δᾳδοῦχοι τῆς σοφίας vocantur. Erant autem, quod nemo ignorat, ἱεροφάνται et δᾳδοῦχοι principes inter mystas.

Mysteriorum initiatio pag. 47 A. hanc nostro suggessit comparationem: διὸ δεῖ πάσχειν μέν τι καὶ δάκνεσθαι, μὴ συντρίβεσθαι δὲ μηδ' ἀθυμεῖν τὸν ἐλεγχόμενον, ἀλλ' ὥσπερ ἐν τελετῇ κατηργμένης αὐτοῦ φιλοσοφίας, τοὺς πρώτους καθαρμοὺς καὶ θορύβους ἀνασχόμενον, ἐλπίζειν τι γλυκὺ καὶ λαμπρὸν ἐκ τῆς παρούσης ἀδημονίας καὶ ταραχῆς. Cf. pag. 81 E.

A *Dionysi cultu* sumpsit comparationem in vita Bruti c. 15 pag. 990 F., ubi Porciam ad omnem strepitum clamoremque exsilire dicit, earum instar quae bacchico agitantur furore: ἡ Πορκία πρὸς πάντα θόρυβον καὶ βοήν, ὥσπερ αἱ κατάσχετοι τοῖς βακχικοῖς πάθεσιν, ἐξᾴττουσα, cf. in vita Galbae c. 27 pag. 1065 D.

Pag. 41 D. dicit, sophistarum orationes atque declamationes plerumque bacchicum quendam furorem in auditorum animis concitare: ἐκβακχεύουσιν αἱ δὲ τῶν πολλῶν διαλέξεις καὶ μελέται σοφιστῶν τοὺς ἀκροωμένους.

Ἀλεξιφάρμακον, *amuletum*, in comparatione exstat in vita Dionis c. 49 pag. 980 A., ubi Heraclides dicitur Gaesula quasi amuleto adversus Dionem usus esse. In Dionis et Bruti comp. c. 4 pag. 1011 B. legimus Caesaris gloriam etiam mortui erexisse amicos, nomenque eius hunc, qui id gerebat, ita extulisse, ut puer, omni spe destitutus, statim Romanorum primus exsisteret, eo nomine tamquam amuleto adversus Antonii inimicitiam atque potentiam usus: ἡ δὲ Καίσαρος δόξα καὶ πεσόντος ὤρθου τοὺς φίλους καὶ τοὔνομα τὸν χρησάμενον ἦρεν ἐκ παιδὸς ἀμηχάνου πρῶτον εὐθὺς εἶναι Ῥωμαίων, ὡς ἀλεξιφάρμακον τοῦτο πρὸς τὴν Ἀντωνίου περιαψάμενον ἔχθραν καὶ δύναμιν.

Denique hic memorandus est locus, ubi vocabulum πυλαία sensu translato occurrit. Est autem πυλαία (proprie ἡ πυλαία σύνοδος), Pylis Amphictyonum conventus, quo e tota Graecia omnis generis homines, ut scurrae, institores, se conferre solebant. Unde sensu *colluviei* a Plutarcho usurpatur in vita Artaxerxis c. 1 pag. 1012 A. Dicit ibi probabile non esse, Ctesiam regis, apud quem agebat et quem uxoremque eius et matrem et liberos curabat, nomen ignorasse, quamvis alioqui fabularum incredibilium atque stolidarum colluviem in libros invexerit: ἀλλὰ τὸν Κτησίαν, εἰ καὶ τἆλλα μύθων ἀπιθάνων καὶ παραφόρων ἐμβέβληκεν εἰς τὰ βιβλία παντοδαπὴν πυλαίαν, οὐκ εἰκός ἐστιν ἀγνοεῖν τοὔνομα τοῦ βασιλέως, παρ' ᾧ διέτριβε θεραπεύων αὐτὸν καὶ γυναῖκα καὶ μητέρα καὶ παῖδας, cf. pag. 386 B., 924 D.

Iam transeamus ad metaphoras, quas a *scena* noster desumpsit. Χορός, *chorus*, tropice positum occurrit pag. 65 C., ubi Medius princeps adulatorum turbae, quae Alexandrum cingebat, et sophistarum summus dicitur:

ἔξαρχος χοροῦ τῶν περὶ Ἀλέξανδρον κολάκων καὶ σοφιστὴς κορυφαῖος. Sic pag. 317 E. reperimus: ὁ τῆς Ἀρετῆς χορός, pag. 406 A. ὁ Πλάτωνος χορός.

Pag. 479 A. fratrum concordium amici et familiares comparantur cum choro recte instituto. Nihil enim dicunt nec faciunt concordiae contrarium: φίλοι καὶ συνήθεις ὥσπερ ἐμμελὴς χορὸς οὐδὲν οὔτε πράσσουσι τῇ ὁμοφροσύνῃ ἐναντίον οὔτε λέγουσιν.

Pag. 599 B. in rebus adversis nobis non opus esse ait, qui una nobiscum chori in modum tragici plorent atque lamententur: οὐ γὰρ συνδακρυόντων καὶ συνεπιθρηνούντων, ὥσπερ χορῶν τραγικῶν, ἐν τοῖς ἀβουλήτοις χρείαν ἔχομεν.

Χορηγεῖν, proprie *chorum instruere*, *choragum esse* significans, sensum praebendi, suppeditandi accipit *pag. 3 C.: ἡ φύσις παντὶ ζῴῳ τεκόντι τὴν τοῦ γάλακτος τροφὴν ἐχορήγησεν.

Ex histrionum per larvas loquendi more imaginem scriptor petivit pag. 404 B.: καὶ μὴ νομίζωμεν αὐτὸν ἐκεῖνον (scil. τὸν θεὸν) εἶναι τὸν τὰ ἔπη συντιθέντα πρότερον καὶ νῦν ὑποβάλλοντα τῇ Πυθίᾳ τοὺς χρησμούς, ὥσπερ ἐκ προςωπείων φθεγγόμενον.

Δορυφορήματα, *mutae personae*, comparationi inserviunt pag. 791 E., ubi Aridaeus rex, Philippi regis Macedoniae filius, cum muta persona in scena comparatur: Ἀριδαῖος—ὥσπερ ἐπὶ σκηνῆς δορυφόρημα κωφὸν ἦν ὄνομα βασιλέως καὶ πρόσωπον, cf. pag. 337 E.

Ἐκκυκλεῖν, quod est proprie *evolvere ope* ἐκκυκλήματος, i. e. machinae, quae affert res in scena spectandas, sensu patefaciendi, enuntiandi usurpat pag. 80 A.: ἐκκυκλεῖν τι εἰς ἀγοράν, aliquid perferre in forum.

Porro metaphoram, a scena ductam, habet Plutarchus in vita Arati c. 15 pag. 1033 E., ubi Antigonum dicentem facit: „Prius nos despiciebat Aratus, spes suas alibi habens repositas, Aegyptiacasque admirabatur divitias, nunc, cum intus viderit ista omnia theatricum esse apparatum scenae inservientem, totum se ad nos convertit." Νυνὶ δὲ ὑπὸ σκηνὴν ἑωρακὼς πάντα τὰ ἐκεῖ πράγματα τραγῳδίαν ὄντα καὶ σκηνογραφίαν ὅλος ἡμῖν προςκεχώρηκεν. Compara nostrum: *achter de schermen kijken.*

In vita Galbae c. 1 pag. 1053 D. dicit Plutarchus post Neronis mortem imperatores in Palatio alium alii successisse veluti histriones in scena: τὸ Παλάτιον ἐν ἐλάσσονι χρόνῳ τέσσαρας αὐτοκράτορας ὑπεδέξατο, τὸν μὲν εἰςαγόντων, ὥσπερ διὰ σκηνῆς, τὸν δ' ἐξαγόντων (scil. τῶν στρατιωτῶν).

Graeci arte gymnastica et corporis exercitationibus, quibus omnes fere populos superaverunt, maxime delectabantur. Unde optime explicari potest, quod scriptores Graeci multas e *palaestra* sumpserunt imagines. Praecipuae autem huius generis translationes apud Plutarchum sunt haece:

Locutiones λαβὴν παρέχειν, παραδοῦναι, proprie ad *artem luctandi* spectantes, passim sensu translato adhibitae occurrunt, velut pag. 51 F., 61 F., 71 C., 122 C., *149 A.

Pag. 38 A. legimus vitiis multas corporis partes multaque loca additum spatiumque per se ad animum penetrandi praebere, unicam virtuti, qua adolescentes arripiat, ansam aures esse: τῇ μὲν γὰρ κακίᾳ πολλὰ χωρία καὶ μέρη τοῦ σώματος παρέχει δι' αὐτῶν ἐνδῦσαν ἅψασθαι τῆς ψυχῆς, τῇ δ' ἀρετῇ μία λαβὴ τὰ ὦτα τῶν νέων ἐστίν.

In vita Luculli c. 3 pag. 493 D. de Mithradate, a Fimbria obsidione cincto, dicitur: εἰς λαβὰς ἥκων.

Ὑποσκελίζειν, *supplantare*, sensu decipiendi dictum reperitur pag. 65 D.

Πάλαισμα, proprie *artificium luctatorum ad supplantandum adversarium* significans, metaphorice pro quovis callido consilio Plutarchus usurpat. Sic *dolum bellicum* significat in vita Sullae c. 18 pag. 577 B., in vita Agesilai c. 39 pag. 618 C. In vita Fabii Maximi c. 5 pag. 176 F. Hannibal dicitur, omnia imperatoria experiens strategemata et artificia tentans, tamquam peritus luctator, quaerens quanam ratione adversario manus iniiceret, saepius Fabium adortus esse et tumultum concitavisse: ὁ Ἀννίβας, ἐπὶ πᾶσαν ἰδέαν στρατηγικῶν σοφισμάτων καὶ παλαισμάτων τρεπόμενος καὶ πειρώμενος, ὥσπερ δεινὸς ἀθλητὴς λαβὴν ζητῶν προςέβαλλε καὶ διετάραττε τὸν Φάβιον.

Pag. 322 A. populus Romanus, vires adversus futuros hostes sibi parans, comparatur cum athleta, corpus ad luctationem exercenti: ὁ δῆμος καθάπερ ἀθλητὴς σωμασκήσας τὴν δύναμιν.

Pag. 561 A. anima dicitur luctatoris instar certamen habere per vitam, et certamine peracto consequi, quod meruit: ἀγωνίζεται ἡ ψυχή, ὥσπερ ἀθλητής, κατὰ τὸν βίον, ὅταν δὲ διαγωνίσηται, τότε τυγχάνει τῶν προςηκόντων.

Ἔφεδρος, in athleticis certaminibus is qui superato alteri luctatori succedit, ut cum victore luctetur (cf. Schol. Arist. Ran. 791: ὁ μαχομένων τινῶν παρακαθήμενος καὶ μέλλων τῷ νενικηκότι μαχέσασθαι), apud Romanos *gladiator tertiarius* sive *succenturiatus*, in comparatione adhibetur pag. 556 E.: ὥσπερ ἔφεδρον ἀνίστημι τὴν τελευταίαν ἀπορίαν, ἐπεὶ ταῖς πρώταις διηγώνισται μετρίως.

Neque omittendus est locus in vita Sullae c. 29 pag. 470 D., ubi legimus extremo certamine Telesinum Samnitem, ut athletae fesso instantem tertiarium, haud multum abfuisse quin sterneret Sullam ante ipsas Romae portas: τὸν τελευταῖον ἀγῶνα καθάπερ ἔφεδρος ἀθλητῇ καταπόνῳ προςενεχθεὶς ὁ Σαυνίτης Τελεσῖνος ἐγγὺς ἦλθε τοῦ σφῆλαι καὶ καταβαλεῖν τὸν Σύλλαν ἐπὶ θύραις τῆς Ῥώμης. Cf. in vita Caesaris c. 28 pag. 721 C., in vita Pompei c. 53 pag. 647 E.

Pag. 57 D. a ratione luctandi comparatio deprompta est. Confert ibi scriptor adulatores, qui vel se ipsos vituperando aliorum laudationem assequi conantur, cum luctatoribus, qui corpus suum demittunt ut alios prosternant: ὡς γὰρ οἱ παλαισταὶ τὸ σῶμα ποιοῦσι ταπεινόν, ὅπως ἑτέρους καταβάλωσιν, οὕτω τῷ ψέγειν ἑαυτοὺς εἰς τὸ θαυμάζειν τοὺς πλησίον οἱ κόλακες ὑπορρέουσιν.

Athletae, ut notum est, ante luctationem adversarios pulvere conspergere solebant, quo corpora, oleo oblita, minus lubrica redderent. Qui mos nostro hanc suggerit comparationem pag. 89 D.: οἱ πολλοὶ λοιδορηθέντες, καθάπερ οἱ παλαίοντες τὴν κόνιν, οὐχ ἑαυτῶν ἀποψῶσι τὰς λοιδορίας, ἀλλὰ συμπάσσουσιν ἀλλήλους.

Pag. 80 B. comparatio est ducta a *pugilatu*, in quo pugnus vel caestu vel pila erat armatus. Dicit nempe nobis considerandum esse, si nostros in virtute profectus constituere velimus, num desierimus orationes adversus alios velut caestus aut pilas nobis circumligare magisque percutiendo et deiiciendo quam discendo docendove gaudere: ἐπισκοπεῖν ἀναγκαῖον, εἰ πεπαύμεθα τοὺς λόγους ὥσπερ ἱμάντας ἢ σφαίρας περιδούμενοι πρὸς ἀλλήλους καὶ τῷ πατάξαι καὶ καταβαλεῖν μᾶλλον ἢ τῷ μαθεῖν τι καὶ διδάξαι χαίροντες.

Porro comparationes ab athletis petitae inveniuntur pag. 59 F., 593 D.

Ad gymnica certamina descendentes vestes deponere luctatores solebant. Unde metaphoram sumpsit scriptor pag. 94 C., ubi dicit difficile esse brevi tempore deligere amicos, paratos nobiscum omnem subire fortunam, quod verbis εἰς ἀγῶνα πάσης τύχης συναποδυσομένους significat.

Denuo hanc imaginem adhibet in vita Agidis c. 6 pag. 797 F., ubi legimus iuvenes statim et praeter spem Agidi paruisse et ad virtutem una cum eo sese accinxisse: οἱ μὲν νέοι ταχὺ καὶ παρ' ἐλπίδα ὑπήκουσαν αὐτῷ (scil. τῷ Ἄγιδι) καὶ συναπεδύσαντο πρὸς τὴν ἀρετήν.

Tandem huc pertinent loci in vita Demosthenis c. 6 pag. 848 D.: ἀποδύντι πρὸς τὸ λέγειν et in vita Bruti c. 15 pag. 990 E.: ἀποδύεσθαι εἰς ἀγορανομίαν.

Πεταυρισμός, *ambulatio in fune*, metaphorice usurpatum reperimus pag. 498 C., ubi legimus hominem, qui varios labores perferat ad quampiam earum rerum, quae beare putantur, consequendam, adeptum quod desiderarit, oborta ambulando in fune fortunae vertigine, discessum quaerere et beatos praedicare eos qui obscuri vitam agant: ἂν δὲ τύχῃ τινὸς ὧν ποθεῖ, σκοτοδινιάσας πρὸς τὸν τῆς τύχης πεταυρισμόν, ἀπόβασιν ζητεῖ καὶ μακαρίζει τοὺς ἀδόξους καὶ ἀσφαλῶς ζῶντας.

Passim tropice usurpantur ἆθλος, *certamen*, pro omni labore, v. c. 583 B., et ἆθλον, *praemium certaminis*, pro omni praemio et mercede, v. c. in vita Dionis c. 54 pag. 982 A., in vita Bruti c. 29 pag. 997 D.

Βραβεύειν, *certaminum sollemnium iudicem esse*, sensu translato adhibetur in vita Artaxerxis c. 21 pag.

1022 A., ubi Artaxerxes dicitur βραβεῦσαι τὴν εἰρήνην τοῖς Ἕλλησιν.

A *corona,* quam victores praemio accipiebant, comparationem petivit Plutarchus pag. 786 F.: καὶ δεῖ μὴ περιορᾶν, ὥσπερ ἀθλητικὸν στέφανον, ἐν γήρᾳ ξηρὰν γενομένην τὴν δόξαν. Cf. pag. 46 B.

In vita Periclis c. 28. pag. 167 D. dicit Periclem post funebrem orationem habitam de iis qui in bello cum Samiis mortui erant, rostris descendentem a mulieribus coronis et fasciis exornatum esse, tamquam athletam victoria potitum: καταβαίνοντα δ' αὐτὸν ἀπὸ τοῦ βήματος αἱ μὲν ἄλλαι γυναῖκες ἐδεξιοῦντο καὶ στεφάνοις ἀνέδουν καὶ ταινίαις, ὥσπερ ἀθλητὴν νικηφόρον.

Πένταθλον, *quinquertium*, continebatur quinque certaminibus, quorum ordo talis fuisse videtur, qualis in Semonidis epigrammate invenitur: ἅλμα, δρόμος, δίσκος, ἀκόντιον, πάλη. Is qui in tribus certaminibus victoriam reportaverat, victor quinquertii renuntiabatur. Cf. Poll. On. III, 151, Lucillium, Anth. Pal. XI, 84, Schol. in Aesch. Ag. 171, Schol. in Aristid. Panath. pag. 112. Quae victoria erat omnium splendidissima, at non unica. Evenire v. c. poterat, ut quis uno in certamine omnes vinceret, omnes uno excepto in quattuor reliquis, quemadmodum fecisse narratur Peleus a Philostrato Gymn. 3. Cf. M. Faber: „zum Fünfkampf der Griechen." Philol. 1891.

Comparatio, inde desumpta, legitur pag. 738 A. Confert ibi scriptor litteram *a* cum victore quinquertii, quia tribus rebus reliquas litteras vincit: plerasque alias eo quod vocalis est; vocales quod anceps; ancipites ipsas, quod semper eas praecedit, numquam subsequitur: διὸ ταῖς τρισίν, ὥσπερ οἱ πένταθλοι, περίεστι καὶ νικᾷ,

τὰ μὲν πολλὰ τῷ φωνᾶεν εἶναι, τὰ δ' αὖ φωνάεντα ἐν τῷ δίχρονον, ταῦτα δ' αὐτὰ τῷ πεφυκέναι καθηγεῖσθαι, δευτερεύειν δὲ μηδέποτε, μηδ' ἀκολουθεῖν.

Denique, quamquam proprie huc non pertinentes, sequantur loci nonnulli, ubi scriptor metaphoras e *mythologia* hausit. Sic ὁ ἀσεβῶν χῶρος, *impiorum regio apud inferos* sive *Tartarus*, argumentum comparationis ei praestitit pag. 165 E., 975 B., in vita Catonis Minoris pag. 761 A. Pag. 170 F. superstitiosus, semper metu vexatus, comparatur cum *Tantalo*, cui semper lapis imminet: ὥσπερ ὁ Τάνταλος ὑπεκδῦναι τὸν λίθον ἐπαιωρούμενον, οὕτω καὶ οὗτος (scil. ὁ δεισιδαίμων) τὸν φόβον, ὡς οὐχ ἧττον ὑπ' αὐτοῦ πιεζόμενος, ἀγαπάσειεν ἄν.

Pag. 133 A. Plutarchus τὰς ὀρέξεις cum *Harpyiis* comparat. Dicit nempe virum litteris deditum concupiscentias veluti Harpyias Musarum ope abacturum esse: τὰς ὀρέξεις, ὥσπερ Ἁρπυιάς, διασοβήσει ταῖς Μούσαις. Cf. de Harpyiis Verg. Aen. III, 209 sqq.

Ab *Ulyxis* erroribus comparationem sumpsit pag. 476 B., ubi dicit insipientem metu mortis a corpore dependere, id amplexum, quemadmodum Ulyxes caprificum tenuit metu subiectae Charybdis: περιπεπλεγμένον ὥσπερ τὸν Ὀδυσσέα τῷ ἐρινεῷ, δεδοικότα τὴν Χάρυβδιν ὑποκειμένην. Cf. Odyss. XII, 432 sqq. Alibi pag. 15 D. Sirenarum ab eo praetervectio, pag. 52 E. Circes domus comparationes praebuerunt.

Ab *Ariadnes* filo desumpta esse videtur comparatio, quam invenimus pag. 558 D.: ἀναλαβόντες δ' αὖθις, ὥσπερ ἀρχὴν κλωστῆρος, καθοδηγῶμεν αὐτούς, i. e. quasi glomeris initio repetito, ipsi duces viae nostrae simus.

Pag. 394 E. scriptor alludit ad notam fabulam *Cadmi*,

serentis dracontium dentes, e quibus armati viri surgebant: σπείροντες λόγους καὶ θερίζοντες εὐθὺς μάχης ὑπούλους καὶ πολεμικούς, ὥσπερ οἱ Σπαρτοί, βλαστάνοντας ἡμῖν καὶ ὑποφυομένους. Cf. Ovid. Metam. III 50. sqq.

Porro Alexander cum *Hercule* comparatur pag. 341 E., *Telephus* in comparatione occurrit pag. 89 C., *Patroclus* pag. 59 B., *Briareus* pag. 95 E., *Lynceus* pag. 87 C., *Proteus* pag. 97 A., *Lamia* pag. 515 F., ut alios omittamus.

§ 11. METAPHORAE EX ARTIBUS SUMTAE, QUAE QUOTIDIE AB HOMINIBUS TRACTANTUR.

Satis frequentes apud nostrum reperiuntur imagines, petitae ex artibus, quae quotidie ab hominibus tractantur quaeque Graecis familiares erant. Primum recenseamus eas quae sunt ex *architectura fabrilique arte* sumtae.

Verba θήγειν, ὀξύνειν, παροξύνειν, quae proprie significant *acuere* sensu stimulandi, excitandi, adhibet pag. 143 F.: παροξυνόμενος ὑπὸ τῶν φίλων, pag. 352 F.: ἐπιθήγοντες τὴν ὄρεξιν, pag. 610 B.: συνεπιθρηνήσεις παραθήγουσι τὴν λύπην, pag. 407 D., 468 B., 595 E., 126 B.

Item ἀμβλύς, ἀμβλύνειν, *hebes*, *hebetare,* tropice dicta occurrunt pag. 136 A.: σῶμα ἀμβλὺ πρὸς τὰς καλὰς πράξεις, in vita Othonis c. 8. pag. 1070 C.: τὴν ἀκμὴν ἀμβλύνοντα τῆς δυνάμεως, pag. 132 A., 544 B., in vita Arati c. 47 pag. 1049 C.

Instrumenta comparationes praebent pag. 494 C., ubi de ursa, membra catulorum lingua formanti, dicitur: τῇ γλώττῃ, καθάπερ ἐργαλείῳ, διατυποῦσα τοὺς ὑμένας.

Pag. 468 C. bona ingenia cum commodis, mala cum asperis et distortis instrumentis noster comparat: ἃ γὰρ

πράττεις πράγματα πεπιστευμένος, οὐχ ἁπλοῖς ἤθεσιν οὐδὲ χρηστοῖς, ὥσπερ εὐφυέσιν ὀργάνοις, ἀλλὰ καρχάροις τὰ πολλὰ καὶ σκολιοῖς διακονεῖται.

Pag. 807 D. civilis viri amicos viva et intellegentia eius instrumenta vocat philosophus: ὄργανα γὰρ οἱ φίλοι ζῶντα καὶ φρονοῦντα τῶν πολιτικῶν ἀνδρῶν εἰσίν. Cf. pag. 801 C.: ἑνὶ χρώμενος ὀργάνῳ τῷ λόγῳ, unico utens orationis instrumento.

Huc quoque pertinent metaphorae, ubi κανών, *amussis*, et στάθμη memorantur. Στάθμη enim est *funiculus minio tinctus*, quo admoto fabri cernere possunt, utrum recte quid positum sit necne. Si autem funiculus colore non distinctus est, discerni nihil potest. Huc spectat, quod de garrulo legimus *pag. 513 F.: ἔστι μὲν οὖν ἀτεχνῶς ἡ λευκὴ στάθμη πρὸς τοὺς λόγους ὁ ἀδόλεσχος, i. e. garrulus est, ubi ad verba venitur, *alba amussis*. Est autem λευκὴ στάθμη proverbium, fluxum e sententia, quam legimus apud Sophoclem fragm. 307:

τοῖς μὲν λόγοις τοῖς σοῖσιν οὐ τεκμαίρομαι.
οὐ μᾶλλον ἢ λευκῷ λίθῳ λευκὴ στάθμη.

Plura de hoc proverbio vide apud Zenob. IV, 89.

Ad eandem metaphoram referendum est, quod pag. 86 A. de iis qui in virtute exercenda proficiunt, dicitur: οὐδὲν εἰκῇ προςίενται τῶν γιγνομένων, ἀλλ᾽ οἷον ἀπὸ στάθμης τοῦ λόγου προςάγουσι καὶ προςαρμόττουσιν ἕκαστον.

Κανών sensu translato adhibetur pag. 25 E., ubi nonnulli homines κανόνες ἀρετῆς vocantur. Cf. *pag. 103 A., 780 B.

Ἧλος, *clavus*, pag. 344 E. metaphorice usurpatur de sagitta, corpori thoracem adstringenti: δεσμὸς ἦν καὶ ἧλος τὸ τόξευμα τοῦ θώρακος πρὸς τὸ σῶμα. Conferri potest pag. 718 D., ubi loquitur de clavo voluptatis et

doloris, quo animus corpori affigitur: ὁ γὰρ ἡδονῆς καὶ ἀλγηδόνος ἧλος, ὃς πρὸς τὸ σῶμα τὴν ψυχὴν προςηλοῖ.

Alludens ad proverbium ἥλῳ τὸν ἧλον (cf. Diog. V, 16.) philosophus dicit in vita Galbae c. 1. pag. 1058 D. milites imperatorem imperatore velut clavum clavo expulisse: τοῦ στρατιωτικοῦ δι' ἀλλήλων ὥσπερ ἥλους τοὺς ἡγεμόνας ἐκκρούοντος.

θεμέλιος, *fundamentum* in metaphora exstat *pag. 8 C.: καλοῦ γὰρ γήρως θεμέλιος ἐν παισὶν ἡ τῶν σωμάτων εὐεξία. Cf. pag. 719 D., 930 A., 320 B.

Pag. 330 D. de Alexandro dicitur: μεγάλων πραγμάτων καταβαλλόμενος ἀρχάς, magnarum rerum fundamenta iacens.

Pag. 132 A. caro fundamentum et zophorus, quibus reliqui cibi continentur, vocatur: κρέας, οἷον ὑπέρεισμα καὶ διάζωμα τῆς τροφῆς, ἐμβαλλόμενος.

Pag. 798 D. scriptor dicit administrationi rei publicae substratum esse debere animi institutum, a iudicio et ratione profectum, tamquam solum firmum et validum: πρῶτον μὲν οὖν ὑποκείσθω πολιτείᾳ, καθάπερ ἔδαφος βέβαιον καὶ ἰσχυρόν, ἡ προαίρεσις ἀρχὴν ἔχουσα κρίσιν καὶ λόγον.

Pag. 168 A. οἰκοδομεῖν metaphorice usurpatum occurrit, ubi de superstitioso dicitur: εἰ καὶ μικρότατον αὐτῷ κακόν τι συμπεπτωκός ἐστιν, ἄλλα κάθηται πάθη χαλεπὰ καὶ μεγάλα καὶ δυσαπάλλακτα τῇ λύπῃ προςοικοδομῶν.

Ad architecturam quoque spectare videtur proverbialis locutio τὸν κολοφῶνα ἐπιθεῖναι, i. e. fastigium imponere, ad finem perducere. Cf. Gregorium Cyprium II, 86 κολοφῶνα ἐπέθηκας: ἤτοι τὸ τέλειον καὶ πλῆρες. Vide etiam Apost. IX, 93. Alia proverbii explicatio exstat, ab urbe Colophone profecta. Cuius urbis equitatum clarissimum saepius finem proelio fecisse tradunt,

unde *colophonem addere* sensu conficiendi in proverbium abiisse. Apud Plutarchum occurrit pag. 549 D.: τῷ λόγῳ τὸν κολοφῶνα τῆς ἀπορίας ἐπιθεῖναι, cf. etiam pag. 1064 C.

Pag. 554 B. vitiositatem opificem vitae miserabilis esse noster ait: ἡ δὲ κακία τῶν κολαστηρίων ἐφ' ἑαυτὴν ἕκαστον ἐξ αὑτῆς τεκταίνεται, δεινοῦ τις οὖσα βίου δημιουργός.

Pag. 529 C. in libello „de vitioso pudore" homines, nimium pudorem tollere conantes, adhortatur, ut caveant ne simul cum eo confinem verecundiam eiiciant, comparans eos cum fabris, qui, domus templis vicinas demolientes, cavere debent, ne cum domibus confines templorum partes evertant: ὥσπερ οἱ καταλύοντες οἰκίας ἱεροῖς γειτνιώσας τά γε συνεχῆ καὶ πλησίον ἐῶσι καὶ διερείδουσιν, οὕτω δεῖ τὴν δυσωπίαν κινεῖν, δεδιότας συνεφελκύσασθαι τὰ ὁμοροῦντα τῆς αἰδοῦς.

Iam transeamus ad translationes ab *arte figendi* et *sculptura* depromptas. Verbum πλάττειν, *fingere, formare argillam vel cretam*, tropice dictum Plutarchus habet pag. 52 B.: πλάττων ἑαυτὸν πρὸς ἕτερον, pag. 408 D.: πλάττειν αἰτίας, in vita Arati c. 30 pag. 1041 C.: πεπλασμένῳ ἤθει, in vita Cat. Min. c. 63 pag. 790 C.

Ἐκλεαίνειν, *polire*, tropice de defatigationibus usurpat pag. 131 C.: ἡ θερμολουσία ἐκλεαίνουσα τοὺς κόπους.

Pag. 74 D. homines, recte utentes admonitione ac deinceps eam lenientes, comparat cum statuariis, statuas aspere excisas laevigantibus et polientibus: οὐδ' οἱ νουθετοῦντες ἀστείως τὸ πικρὸν καὶ δηκτικὸν προςβαλόντες ἀποτρέχουσιν, ἀλλ' ὁμιλίαις ἑτέραις καὶ λόγοις ἐπιεικέσιν ἐκπραΰνουσι καὶ διαχέουσιν, ὥσπερ οἱ λιθοξόοι τὰ πληγέντα καὶ περικοπέντα τῶν ἀγαλμάτων ἐπιλεαίνοντες καὶ γανοῦντες.

Pag. 350 D. de Isocrate oratore dicit: ἀντίθετα καὶ παρίσα καὶ ὁμοιόπτωτα κολλῶν καὶ συντιθείς, μονονοὺ κολαπτῆρσι και ξυστῆρσι τὰς περιόδους ἀπολεαίνων καὶ ῥυθμίζων, nimiam eius orationis componendae poliendaeque curam cum sculptoris opere comparans.

Pag. 337 C. fortunam, ingenium vile magnis ac splendidis rebus extollentem, cum fabro inepto confert, parvo donario magnam basim supponenti: ὥσπερ γὰρ οἱ φαῦλοι τεχνῖται καὶ βάσεις μεγάλας μικροῖς ὑφιστάντες ἀναθήμασιν ἐλέγχουσιν αὐτῶν καὶ τὰς μικρότητας, οὕτως ἡ τύχη, ὅταν μικρὸν ἦθος ἐξάρῃ πράγμασιν ἔχουσιν ὄγκον τινὰ καὶ περιφάνειαν, ἐπιδείκνυσι μᾶλλον καὶ καταισχύνει σφαλλόμενον καὶ σαλευόμενον ὑπὸ κουφότητος.

Καὶ ante βάσεις, ut natum e proxime antecedenti ται cum Wyttenbachio delendum est. Ante τὰς μικρότητας, ut mihi quidem videtur recte, Stegmannus (in Nov. Annal. 1890, Vol. 141) inserit μᾶλλον, primum, quia alioqui vocabulum καὶ plane abundat, secundo propter ἐπιδείκνυσι μᾶλλον, quod est in apodosi.

Pag. 426 B. dicit deos secundum Stoicorum opinionem ita corporeae naturae inclusos esse ac tamquam clavis immissis adstrictos, quemadmodum simulacra suis basibus affixa sunt: θεούς, ὥσπερ ἀγάλματα προςηλοῦται καὶ συντήκεται βάσεσιν, οὕτως ἐγκεκλειμένους εἰς τὸ σωματικὸν καὶ συγκαταγεγομφωμένους.

Pag. 622 F. amatores, amasiorum laudationes cantilenis et versibus exornantes, confert cum sculptoribus statuas auro distinguentibus: διὸ καὶ γράφοντες ἐγκώμια τῶν καλῶν ἐπικοσμοῦσιν αὐτὰ μέλεσι καὶ μέτροις καὶ ᾠδαῖς, ὥσπερ εἰκόνας χρυσῷ καλλωπίζοντες, κ. τ. λ.

A statuarum et donariorum inscriptionibus metapho-

ram noster petivit pag. 326 E., ubi de fortuna, sibi res ab Alexandro Magno gestas adscribenti, dicit: τοῖς καθορθώμασιν αὐτὴν ἐπιγράφουσαν. Conferri quoque potest pag. 331 C., ubi Alexandri Magni cicatrices virtutis eius et fortitudinis inscriptiones vocat: οὐκ ἐγκαλυπτόμενον οὐδὲ κατακρύπτοντα τὰς οὐλάς, ἀλλ' ὥσπερ εἰκόνας ἐγκεχαραγμένας ἀρετῆς καὶ ἀνδραγαθίας περιφέροντα.

Etiam ab *arte ferraria* Plutarchus sumpsit imagines. Sic στομοῦν, *ferrum indurare*, ad exercitus latera transfert in vita Antonii c. 42 pag. 935 D.: τὰς πλευρὰς ἑκατέρας στομώσας. Et in vita Lycurgi c. 16 pag. 49 E. dicit Spartanas mulieres infantes vino abluere existimantes ita τὰ ὑγιεινὰ βρέφη μᾶλλον στομοῦσθαι καὶ κρατύνεσθαι τὴν ἕξιν.

Στόμωμα, *ferrum induratum*, *acies*, tropico sensu roboris occurrit in vita Flaminini c. 2 pag. 369 E.: Φιλίππῳ γὰρ ἦν στόμωμα μέν εἰς μάχην ἀποχρῶν ἡ Μακεδόνων ἀρχή. In eadem vita c. 3 pag. 370 B. de Quinctio Flaminino dicitur: τοὺς ἀκμάζοντας ἔτι καὶ προθύμους ἀναλαβὼν ὥσπερ στόμωμα τρισχιλίους γενομένους, εἰς τὴν Ἤπειρον ἀσφαλῶς διεπέρασεν. Pag. 326 B. Romanam potentiam ac roborem veluti aciem Italiae praepositam esse legimus: Τῆς Ἰταλίας τὴν ἐν Ῥώμῃ δύναμιν καὶ ἀλκὴν ὥσπερ στόμωμα προτεταγμένην.

Σφυρήλατος, *malleo cusus*, vocabulum proprie dictum de artis statuariae et fabrilis operibus, imprimis statuis solidis, quae totae sunt ex aere, v. c. ex auro, neque illitam modo superficiem et inauratam habent, pag. 65 B. de amicitia adhibetur: ὅταν οὖν ἐλαφρὸς ὢν καὶ ἐπίτηκτος καὶ ἀπατηλὸς (scil. φίλος) ἐγγύθεν ἀντεξετάζηται πρὸς ἀληθινὴν καὶ ἐμβριθῆ φιλίαν καὶ σφυρήλατον, κ. τ. λ.

Ἐπίτηκτος, *illitus*, est Iacobsii coniectura pro ἐπίκτητος, adscititius, quod est in codicibus. Qua coniectura recepta optime opponuntur ἐλαφρὸς et ἐμβριθής, levis et gravis, ἀπατηλὸς et ἀληθινός, fallax et verax, ἐπίτηκτος et σφυρήλατος, illitus et solidus.

Pag. 408 E. habet σφυρήλατον νοῦν, cf. *pag. 511 B.

Pag. 567 C. scriptor agens de animarum purgationibus apud inferos, genios, qui instrumentis suis avarorum animas lacubus ferventis auri, frigidissimi plumbi asperique ferri demittunt extrahuntque, cum fabris aerariis comparat: καί τινας ἐφεστάναι (scil. ταύταις ταῖς λίμναις) δαίμονας, ὥσπερ οἱ χαλκεῖς, ὀργάνοις ἀναλαμβάνοντας καὶ καθιέντας ἐν μέρει τὰς ψυχὰς τῶν δι' ἀπληστίαν καὶ πλεονεξίαν πονηρῶν.

Creberrimi vero sunt loci, ubi *ferri tinctura* in comparatione occurrit.

Sic pag. 73 C. libertatem reprehensionum, amicis adhibitam, postquam laus eorum animos relaxavit, cum ferri tinctura comparat philosophus. Sicut enim aqua frigida ferrum, vi ignis emollitum, densat atque durat, ita amicorum animos confirmat libertas reprehensionum, postquam eorum recte facta laudavimus: δεῖ, ὥσπερ ὁ σίδηρος πυκνοῦται τῇ περιψύξει καὶ δέχεται τὴν στόμωσιν, ἀνεθεὶς πρῶτον ὑπὸ θερμότητος καὶ μαλακὸς γενόμενος, οὕτω τοῖς φίλοις διακεχυμένοις καὶ θερμοῖς οὖσιν ὑπὸ τῶν ἐπαίνων ὥσπερ βαφὴν ἀτρέμα τὴν παρρησίαν ἐπάγειν.

Pag. 433 A. vim praesagientem animi augeri dicit refrigeratione et densatione spiritus, sicut ferrum frigidae inmissione duritiem consequitur: περιψύξει τινὶ καὶ πυκνώσει τοῦ πνεύματος, οἷον βαφῇ σιδήρου, τὸ προγνωστικὸν μόριον ἐντείνεσθαι καὶ στομοῦσθαι τῆς ψυχῆς οὐκ ἀδύνατόν ἐστιν.

τὰ μὲν πολλὰ τῷ φωνᾶεν εἶναι, τὰ δ' αὖ φωνάεντα ἐν τῷ δίχρονον, ταῦτα δ' αὐτὰ τῷ πεφυκέναι καθηγεῖσθαι, δευτερεύειν δὲ μηδέποτε, μηδ' ἀκολουθεῖν.

Denique, quamquam proprie huc non pertinentes, sequantur loci nonnulli, ubi scriptor metaphoras e *mythologia* hausit. Sic ὁ ἀσεβῶν χῶρος, *impiorum regio apud inferos* sive *Tartarus*, argumentum comparationis ei praestitit pag. 165 E., 975 B., in vita Catonis Minoris pag. 761 A. Pag. 170 F. superstitiosus, semper metu vexatus, comparatur cum *Tantalo*, cui semper lapis imminet: ὥσπερ ὁ Τάνταλος ὑπεκδῦναι τὸν λίθον ἐπαιωρούμενον, οὕτω καὶ οὗτος (scil. ὁ δεισιδαίμων) τὸν φόβον, ὡς οὐχ ἧττον ὑπ' αὐτοῦ πιεζόμενος, ἀγαπάσειεν ἄν.

Pag. 133 A. Plutarchus τὰς ὀρέξεις cum *Harpyiis* comparat. Dicit nempe virum litteris deditum concupiscentias veluti Harpyias Musarum ope abacturum esse: τὰς ὀρέξεις, ὥσπερ Ἁρπυιάς, διασοβήσει ταῖς Μούσαις. Cf. de Harpyiis Verg. Aen. III. 209 sqq.

Ab *Ulyxis* erroribus comparationem sumpsit pag. 476 B., ubi dicit insipientem metu mortis a corpore dependere, id amplexum, quemadmodum Ulyxes caprificum tenuit metu subiectae Charybdis: περιπεπλεγμένον ὥσπερ τὸν Ὀδυσσέα τῷ ἐρινεῷ, δεδοικότα τὴν Χάρυβδιν ὑποκειμένην.

Cf. Odyss. XII, 432 sqq. Alibi pag. 15 D. Sirenarum ab eo praetervectio, pag. 52 E. Circes domus comparationes praebuerunt.

Ab *Ariadnes* filo desumpta esse videtur comparatio, quam invenimus pag. 558 D.: ἀναλαβόντες δ' αὖθις, ὥσπερ ἀρχὴν κλωστῆρος, καθοδηγῶμεν αὐτούς, i. e. quasi glomeris initio repetito, ipsi duces viae nostrae simus.

Pag. 394 E. scriptor alludit ad notam fabulam *Cadmi*,

serentis dracontium dentes, e quibus armati viri surgebant: σπείροντες λόγους καὶ θερίζοντες εὐθὺς μάχης ὑπούλους καὶ πολεμικούς, ὥσπερ οἱ Σπαρτοί, βλαστάνοντας ἡμῖν καὶ ὑποφυομένους. Cf. Ovid. Metam. III 50. sqq.

Porro Alexander cum *Hercule* comparatur pag. 341 E., *Telephus* in comparatione occurrit pag. 89 C., *Patroclus* pag. 59 B., *Briareus* pag. 95 E., *Lynceus* pag. 87 C., *Proteus* pag. 97 A., *Lamia* pag. 515 F., ut alios omittamus.

§ 11. Metaphorae ex artibus sumtae, quae quotidie ab hominibus tractantur.

Satis frequentes apud nostrum reperiuntur imagines, petitae ex artibus, quae quotidie ab hominibus tractantur quaeque Graecis familiares erant. Primum recenseamus eas quae sunt ex *architectura fabrilique arte* sumtae.

Verba θήγειν, ὀξύνειν, παροξύνειν, quae proprie significant *acuere* sensu stimulandi, excitandi, adhibet pag. 143 F.: παροξυνόμενος ὑπὸ τῶν φίλων, pag. 352 F.: ἐπιθήγοντες τὴν ὄρεξιν, pag. 610 B.: συνεπιθρηνήσεις παραθήγουσι τὴν λύπην, pag. 407 D., 468 B., 595 E., 126 B.

Item ἀμβλύς, ἀμβλύνειν, *hebes*, *hebetare*, tropice dicta occurrunt pag. 136 A.: σῶμα ἀμβλὺ πρὸς τὰς καλὰς πράξεις, in vita Othonis c. 8. pag. 1070 C.: τὴν ἀκμὴν ἀμβλύνοντα τῆς δυνάμεως, pag. 132 A., 544 B., in vita Arati c. 47 pag. 1049 C.

Instrumenta comparationes praebent pag. 494 C., ubi de ursa, membra catulorum lingua formanti, dicitur: τῇ γλώττῃ, καθάπερ ἐργαλείῳ, διατυποῦσα τοὺς ὑμένας.

Pag. 468 C. bona ingenia cum commodis, mala cum asperis et distortis instrumentis noster comparat: ἃ γὰρ

Pag. 50 A. adulatores, omnibus in rebus amicos imitantes, comparat cum vasis, e falso auro factis aurumque modo specie referentibus: ὥσπερ τὰ ψευδόχρυσα καὶ τὰ κίβδηλα τὴν λαμπρότητα τοῦ χρυσοῦ καὶ τὸ γάνωμα μιμεῖται μόνον, οὕτως ἔοικεν ὁ κόλαξ, τοῦ φίλου τὸ ἡδὺ καὶ κεχαρισμένον ἐκμιμούμενος, ἀεὶ παρέχειν ἱλαρὸν καὶ ἀνθηρὸν καὶ πρὸς μηδὲν ἀντιβαίνοντα μηδ' ὑπεναντιούμενον ἑαυτόν.

Pag. 783 F. dicit quosdam iniuria a viris civilibus exigere, ut vigore aetatis praeterlapso domi desideant otioque patiantur virtutem agendi absumi, tamquam rubigine ferrum: ἔνιοι τοὺς πολιτικοὺς ἀξιοῦσιν, ὅταν παρακμάσωσιν, οἴκοι σιτουμένους καθῆσθαι καὶ ἀποκεῖσθαι, καθάπερ ἰῷ σίδηρον, ὑπ' ἀργίας τὴν πρακτικὴν ἀρετὴν σβεννυμένην περιορῶντας.

Pictura quoque subinde metaphoris et comparationibus ansam dat.

Sic verbum ἐξαλείφειν, proprie de *colore* dictum, sensu translato tollendi occurrit pag. 84 A.: ἡ κακία τῶν προκοπτόντων ἔοικεν, εἰς ἐπιεικέστερα πάθη μεθισταμένη, κατὰ μικρὸν ἐξαλείφεσθαι, pag. 88 D.: ἐξαλείφειν τῆς ψυχῆς, εἴ τι λανθάνον ἐστὶ φιληδονίας ἴχνος, pag. 111 F., 562 B.

Vocabulum δευσοποιός, quod proprie dicitur de colore quo lana ita est imbuta, ut elui non queat, metaphorico sensu scriptor usurpat pag. 270 E.: δευσοποιοῦ φαρμάκου, pag. 779 C.: τὴν βαφὴν οὐκ ἀνιέντα τῆς τυραννίδος, ἐν πολλῷ χρόνῳ δευσοποιὸν οὖσαν, pag. 990 B.

Contrarium sensum habet vocabulum ἐξίτηλος, quod tropice positum reperimus pag. 68 C.: τὸ γελοῖον ἐξίτηλον ἐποίει τὴν παρρησίαν, pag. 549 D., 551 D.

Adulatores cum *pictoribus* scriptor comparat pag. 53 D., ubi dicit adulatorem imitari intemperantiam, superstitionem,

acerbitatem adversum servos, diffidentiam erga familiares et cognatos, quemadmodum pictor ineptus, cum pulchra assequi nequeat, in rugis, verrucis cicatricibusque similitudinem refert: ὥσπερ οἱ φαῦλοι ζωγράφοι, τῶν καλῶν ἐφικνεῖσθαι μὴ δυνάμενοι δι' ἀσθένειαν, ἐν ῥυτίσι καὶ φακοῖς καὶ οὐλαῖς τὰς ὁμοιότητας ἀναφέρουσιν, οὕτως ἐκεῖνος ἀκρασίας γίγνεται μιμητής, δεισιδαιμονίας, ἀκροχολίας, πικρίας πρὸς οἰκέτας, ἀπιστίας πρὸς οἰκείους καὶ συγγενεῖς.

Pag. 57 C. nonnullos dicit adulatores, dum contraria vituperent aut traducant atque derideant, occulte eorum quibus assentantur vitia laudare, sicut pictores lucida ac splendida appositis umbrosis et tenebrosis illustriora reddunt: ἕτεροι τοίνυν, ὥσπερ οἱ ζωγράφοι, τὰ φωτεινὰ καὶ λαμπρὰ τοῖς σκιεροῖς καὶ σκοτεινοῖς ἐπιτείνουσιν ἐγγὺς παρατιθεμένοις, οὕτω τῷ ψέγειν τἀναντία καὶ λοιδορεῖν ἢ διασύρειν καὶ καταγελᾶν λανθάνουσι τὰ προςόντα κακὰ τοῖς κολακευομένοις ἐπαινοῦντες καὶ τρέφοντες.

Cui loco conferri potest pag. 473 F., ubi ait philosophus in animo res maxime nitentes ac splendentes proponendas iisque tetricas opprimendas esse, sicut pictores in tabula nitentibus coloribus obscuras temperant: δεῖ δ', ὥσπερ ἐν πινακίῳ χρωμάτων, ἐν τῇ ψυχῇ τῶν πραγμάτων τὰ φαιδρὰ καὶ λαμπρὰ προβάλλοντας ἀποκρύπτειν τὰ σκυθρωπὰ καὶ πιέζειν. ἐξαλεῖψαι γὰρ οὐκ ἔστι παντάπασιν οὐδ' ἀπαλλαγῆναι.

Pag. 64 A. adulatoris facta nihil iusti, nihil veri, nihil simplex habere dicit, ipsumque sudare, discurrere, clamare, vultum contrahere, ut laboriosae et festinatae operae speciem praebeat, comparans eum cum affectata aut inepta pictura, quae audacia quadam colorum, inflexis plicis, rugis et angulis evidentiae speciem inducere conatur: τὸ δὲ τοῦ κόλακος ἔργον οὐδὲν ἔχει δίκαιον

οὐδ' ἀληθινὸν οὐδ' ἁπλοῦν οὐδ' ἐλευθέριον, ἀλλ' ἱδρῶτα καὶ κραυγὴν καὶ διαδρομὴν καὶ σύντασιν προςώπου ποιοῦσαν ἔμφασιν καὶ δόκησιν ἐπιπόνου χρείας καὶ κατεσπευσμένης, ὥσπερ ζωγράφημα περίεργον ἀναιδέσι φαρμάκοις καὶ κεκλασμέναις στολίσι και ῥυτίσι καὶ γωνίαις ἐναργείας φαντασίαν ἐπαγόμενον.

Pag. 347 A. eum optimum historiae scriptorem vocat, qui in narratione personas affectionesque tamquam in pictura referat: καὶ τῶν ἱστορικῶν κράτιστος ὁ τὴν διήγησιν, ὥσπερ γραφήν, πάθεσι καὶ προςώποις εἰδωλοποιήσας.

Pag. 80 F. legitur: ὥσπερ ζωγράφημα προςτιθεὶς ἐπὶ θέαν τὸ πεπραγμένον, i. e. factum suum, tamquam picturam, spectandum proponens.

In probitatem picturae contrectatione inquirere possumus. Unde sumpta imagine pag. 409 F. Plutarchus de Epimenide ait: μύθου παλαιοῦ, καθάπερ ζωγραφήματος, ἁφῇ ἀποπειρώμενον.

Creberrimae sunt metaphorae, quas ex *arte medica* deprompsit Plutarchus.

Sic ἀκεῖσθαι tropice usurpatum reperimus pag. 523 E.: τροφῇ μὲν τὴν τῆς τροφῆς ἐπιθυμίαν ἠκέσαντο, pag. 983 D.

Ἀνήκεστος eodem modo atque apud nos metaphorice positum occurrit pag. 538 E.: συμφορὰς ἀνηκέστους, in vita Quinct. Flamin. c. 19 pag. 379 F.: ἀνήκεστον ἔχθραν, pag. 82 A., 825 F., in vita Pelop. c. 26 pag. 291 E., in vita Arist. c. 7 pag. 322 D.

Ἰᾶσθαι, *mederi*, sensu translato scriptor utitur pag. 384 F.: τὰς περὶ τὸν βίον ἀπορίας ἰᾶσθαι, in comp. Alcib. et Coriol. c. 2 pag. 234 B.: πολλαῖς πρεσβείαις μίαν ἰωμένων ὀργήν, in vita Sullae c. 6 pag. 455 B.: ἰωμένους τὸ ἁμάρτημα δι' ἀνδραγαθίας.

Ἰάσιμος, *sanabilis*, *pag. 12 B. de puerorum peccatis dicit: παντελῶς εἰσὶν ἰάσιμα.

Ἴαμα, *remedium*, *sanatio*, in metaphora occurrit pag. 427 C.: ἴαμα ἀτοπίας.

Φάρμακον, *medicamentum*, noster tropice dictum habet pag. 74 D., ubi dicendi libertatem maximam et validissimam in amicitia medicamentum vocat: καὶ διὰ ταῦτα δεῖ καὶ περὶ τὴν παρρησίαν φιλοτεχνεῖν, ὅσῳ μέγιστόν ἐστι καὶ κράτιστον ἐν φιλίᾳ φάρμακον.

Pag. 550 A. deum poenam adhibere dicit tamquam medicamentum malitiae: ὁ θεός, ὡς φάρμακον, προςφέρει τὴν κόλασιν.

Pag. 46 D. sermonem arguentem cum medicamento mordenti comparat: νουθεσίας λόγῳ ἐλέγχοντι, ὥσπερ φαρμάκῳ δάκνοντι, χρωμένης.

Pag. 66 B. dicendi libertatem intempestivam nocere dicit, tamquam medicamentum intempestive adhibitum: καίτοι, καθάπερ ἄλλῳ τινὶ φαρμάκῳ, καὶ τῷ παρρησιάζεσθαι, μὴ τυχόντι καιροῦ, τὸ λυπεῖν ἀχρήστως καὶ ταράττειν περίεστι.

Pag. 123 B. legimus: δυσχεραίνειν, ὡς φάρμακα, τά σιτία.

Pag. 61 B. adulatio cum cicuta comparatur: καθάπερ τὸν ἄκρατον ἄλλως βοηθοῦντα πρὸς τὸ κώνειον, ἂν ἐμμίξωσι προςεμβαλόντες αὐτῷ, κομιδῇ ποιοῦσι τὴν τοῦ φαρμάκου δύναμιν ἀβοήθητον, ὀξέως ἀναφερομένην ἐπὶ τὴν καρδίαν ὑπὸ θερμότητος, οὕτω τὴν παρρησίαν ἐπιστάμενοι μέγα βοήθημα πρὸς τὴν κολακείαν οὖσαν οἱ πονηροὶ δι' αὐτῆς κολακεύουσι τῆς παρρησίας, i. e. sicut vinum, alioquin adversus cicutam valens, ei admixtum, veneni vim immedicabilem reddit, ita dicendi libertas, alioqui remedium contra adulationem, cum ea coniuncta, adulationis effectum auget.

Ἰατρός, *medicus*, sensu translato adhibetur in praeceptis coniugalibus pag. 143 D., ubi Venus optima

medica iurgiorum inter coniuges vocatur: Ἀφροδίτην, ἰατρὸν οὖσαν τῶν τοιούτων ἀρίστην.

Pag. 61 D. Plutarchus verum amicum semper meliori animi parti se monitorem accommodare dicens, eum comparat, cum medico, sanitatem augenti et conservanti: ὁ μὲν φίλος ἀεὶ τῷ κρείττονι (scil. τῆς ψυχῆς) πάρεστι σύμβουλος, ὥσπερ ἰατρὸς τὸ ὑγιαῖνον αὔξων καὶ διαφυλάττων.

Iterum amicum cum medico confert pag. 63 D.: πολλάκις, ὥσπερ ἰατρὸς λαθὼν ἐθεράπευσε, καὶ φίλος ὠφέλησεν ἀγνοοῦντος ἐπιμεληθείς.

Pag. 73 D. dicit et verum amicum et benignum patrem et magistrum ad morum emendationem magis laudibus quam vituperationibus gaudere, comparans eos cum perito medico, febrim somno potius et cibatu, quam castorio et scamonio depellenti: ὡς γὰρ ἰατρὸς εὐγνώμων βούλοιτ' ἂν ὕπνῳ καὶ τροφῇ μᾶλλον ἢ καστορίῳ καὶ σκαμωνίῳ τὸ νόσημα λῦσαι τοῦ κάμνοντος, οὕτω καὶ φίλος ἐπιεικὴς καὶ πατὴρ χρηστὸς καὶ διδάσκαλος ἐπαίνῳ μᾶλλον ἢ ψόγῳ χαίρει πρὸς ἐπανόρθωσιν ἤθους χρώμενος.

In compar. Dionis et Bruti c. 2 pag. 1010 B. Caesarem velut lenissimum medicum rebus in re publica, unius alicuius imperium postulantibus, divinitus obtigisse ait: ἀλλὰ καὶ δεομένοις ἔδοξε (scil. ὁ Καῖσαρ) τοῖς πράγμασι μοναρχίας πρᾳότατος ὥσπερ ἰατρὸς ὑπ' αὐτοῦ τοῦ δαίμονος δεδόσθαι.

In vita Dionis c. 27 pag. 975 A. Dion comparatur cum medico, Syracusanorum civitatem, a tyrannide velut diuturno morbo liberatam, in accurata et sobria diaeta continere cupienti: οἱ δ' (scil. οἱ Συρακούσιοι) ὥσπερ ἐκ μακρᾶς ἀρρωστίας τῆς τυραννίδος εὐθὺς ἐπιχειροῦντες ἐξανίστασθαι καὶ πράττειν τὰ τῶν αὐτονομουμένων παρὰ καιρόν,

ἐσφάλλοντο μὲν αὐτοὶ ταῖς πράξεσιν, ἐμίσουν δὲ τὸν Δίωνα, βουλόμενον ὥσπερ ἰατρὸν ἐν ἀκριβεῖ καὶ σωφρονούσῃ διαίτῃ κατασχεῖν τὴν πόλιν.

Pag. 818 E. vir civilis cum medico comparatur. Sicut enim medicus multo corrupto sanguine subducto modica innoxia alimenta suggerit, ita vir civilis magna aliqua re damnosa sublata vicissim exiguo aliquo et hominibus accepto munere cives a reprehensionibus avertit: ὡς γὰρ ἰατρός, ἀφελὼν πολὺ τοῦ διεφθορότος αἵματος, ὀλίγον ἀβλαβοῦς τροφῆς προσήνεγκεν, οὕτως ὁ πολιτικὸς ἀνὴρ, μέγα τι τῶν ἀδόξων ἢ βλαβερῶν παρελόμενος, ἐλαφρᾷ πάλιν χάριτι καὶ φιλανθρώπῳ τὸ δυσκολαῖνον καὶ μεμψιμοιροῦν παρηγόρησεν.

Pag. 553 A. saevitiam implacabilem tyranni aut magistratus molestam asperitatem deum nonnumquam adhibere scriptor dicit ad civitates castigandas et corrigendas, sicut medicus fel hyenae et phocae coagula, foedorum alioquin animalium, usurpat ad morbos sanandos: ὥσπερ γὰρ ὑαίνης χολὴ καὶ φωκῆς πυτία, θηρίων τἆλλα μιαρῶν, ἔχουσί τι πρὸς τὰς νόσους χρήσιμον, οὕτως ἐνίοις δηγμοῦ δεομένοις καὶ κολάσεως ἐμβαλὼν ὁ θεὸς πικρίαν τινὰ τυράννου δυσμείλικτον καὶ τραχύτητα χαλεπὴν ἄρχοντος, οὐ πρότερον ἐξεῖλε τὸ λυποῦν καὶ ταράττον ἢ τὸ νοσοῦν ἀπαλλάξαι καὶ καθῆραι.

Sic in sequentibus Phalarim tyrannum medicamentum Acragantinis vocat: τοιοῦτο καὶ Φάλαρις ἦν Ἀκραγαντίνοις φάρμακον.

Pag. 69 A. eum qui dicendi libertatem homini infelici adhibeat, iram dolori addere dicit, sicut medicus, oculo conturbato atque inflammato medicamentum, quod visum acuat, adhibens, oculum non sanat nec dolorem minuit,

sed inflammationem exasperat: ὁ δὲ παρρησίαν καὶ δηγμὸν ἀνθρώπῳ δυστυχοῦντι προςάγων, ὥσπερ ὀξυδορκικὸν ὄμματι ταρασσομένῳ καὶ φλεγμαίνοντι, θεραπεύει μὲν οὐδὲν οὐδ' ἀφαιρεῖ τοῦ λυποῦντος, ὀργὴν δὲ τῇ λύπῃ προςτίθησι καὶ παροξύνει τὸν ἀνιώμενον.

Pag. 22 B. dicit nos poëmatum deteriores sententias debilitare oportere, ea verba et nomina in iis occurrentia adhibentes, quibus id consequi possit, sicut medici cantharidis alas et pedes adhibent ad vim eius mortiferam dissolvendam: δεῖ, ὥσπερ οἱ ἰατροὶ τῆς κανθαρίδος, οὔσης θανασίμου, τοὺς πόδας ὅμως καὶ τὰ πτερὰ βοηθεῖν οἴονται καὶ ἀναλύειν τὴν δύναμιν, οὕτως ἐν τοῖς ποιήμασι, κἂν ὄνομα κἂν ῥῆμα παρακείμενον ἀμβλυτέραν ποιεῖ τὴν πρὸς τὸ χεῖρον ἀπαγωγήν, ἐπιλαμβάνεσθαι καὶ προςδιασαφεῖν.

Pag. 70 F. peccati reprehensionem occultam dicit esse debere, tamquam turpis morbi sanationem: δεῖ γάρ, ὡς νοσήματος οὐκ εὐπρεποῦς, τῆς ἁμαρτίας τὴν νουθέτησιν ἀπόρρητον εἶναι.

Pag. 518 B. aures curiosorum, pessimos semper sermones ad se trahentes, comparat cum cucurbitilis, pessimum humorem e carne educentibus: ὡς γὰρ αἱ σικύαι τὸ χείριστον ἐκ τῆς σαρκὸς ἕλκουσιν, οὕτω τὰ τῶν πολυπραγμόνων ὦτα τοὺς φαυλοτάτους λόγους ἐπισπᾶται. Cf. pag. 469 B. Porro comparationes ab arte medica depromptae inveniuntur pag. 468 C., 453 D., 87 D., 81 F., 141 B., 73 A., 71 A., 55 A., 74 D., 67 E.

A *nendo* comparationem Plutarchus petivit pag. 564 A., ubi malorum animas, turbido motu apud inferos agitatas, confert cum fusis: τὰς δὲ (scil. ψυχάς), ὥσπερ οἱ ἄτρακτοι, περιστρεφομένας κύκλῳ.

Pag. 134 A. imaginem habet ab *eluendis vestibus*

ductam. Dicit nempe h. l. vomitus, medicamentis provocatos, magis quam alios corpori nocere, sicut lintea, quae saponibus aut nitro detergentur, magis extenuantur, quam si aqua eluerentur: ὡς γὰρ τὰ ὀθόνια, ῥύμμασι καὶ χαλαστραίοις πλυνόμενα, μᾶλλον λεπτύνεται (Sic Herwerdenus Plutarch. pag. 6 pro ἐκπλύνεται) τῶν ὑδατοκλύστων, οὕτως οἱ μετὰ φαρμάκων ἔμετοι λυμαίνονται τῷ σώματι καὶ διαφθείρουσιν.

(Χαλαστραῖον est genus quoddam nitri. Cf. Plin. Hist. Nat. XXXI, 10, 1.)

A *geometria* comparationem sumpsit pag. 140 A., ubi oportere dicit uxorem non proprias habere affectiones sed mariti seria, ioca, austeritatem vultus risumque subsequi, sicut lineae et superficies non se ipsis moventur, sed motus corporum comitantur: δεῖ δ', ὥσπερ οἱ γεωμέτραι λέγουσι τὰς γραμμὰς καὶ τὰς ἐπιφανείας οὐ κινεῖσθαι καθ' ἑαυτάς, ἀλλὰ συγκινεῖσθαι τοῖς σώμασιν, οὕτω τὴν γυναῖκα μηδὲν ἴδιον πάθος ἔχειν, ἀλλὰ κοινωνεῖν τῷ ἀνδρὶ καὶ σπουδῆς καὶ παιδιᾶς καὶ συννοίας καὶ γέλωτος.

Eadem imagine utitur pag. 63 C., ubi adulatorem, semper alterius vocem, sensum iramque subsequentem cum linea et superficie comparat: ὡς γὰρ οἱ μαθηματικοὶ τὰς ἐπιφανείας καὶ τὰς γραμμὰς λέγουσι μήτε κάμπτεσθαι μήτε διατείνεσθαι μήτε κινεῖσθαι καθ' ἑαυτάς, νοητὰς καὶ ἀσωμάτους οὔσας, συγκάμπτεσθαι δὲ καὶ συνδιατείνεσθαι καὶ συμμεθίστασθαι τοῖς σώμασιν ὧν πέρατά εἰσιν, οὕτω τὸν κόλακα φωράσεις ἀεὶ συνεπιφάσκοντα καὶ συναποφαινόμενον καὶ συνηδόμενον νὴ Δία καὶ συνοργιζόμενον.

Pag. 444 A. contemplatricem veri mentem, prima stabilia unamque semper naturam servantia, quae nullam admittit mutationem, tractantem, deliberandi vacationem habere Plutarchus dicit comparans eam cum geometra, non

deliberanti de triangulo, an tres eius anguli duos rectos aequent necne: καθάπερ ὁ γεομέτρης οὐ βουλεύεται περὶ τοῦ τριγώνου, εἰ δυεῖν ὀρθαῖς ἴσας ἔχει τὰς ἐντὸς γωνίας, ἀλλ' οἶδεν (αἱ γὰρ βουλαὶ περὶ τῶν ἄλλοτ' ἄλλως ἐχόντων, οὐ περὶ τῶν βεβαίων καὶ ἀμεταπτώτων)· οὕτως ὁ θεωρητικὸς νοῦς, περὶ τὰ πρῶτα καὶ μόνιμα καὶ μίαν ἀεὶ φύσιν ἔχοντα μὴ δεχομένην μεταβολὰς ἐνεργῶν, ἀπήλλακται τοῦ βουλεύεσθαι.

§ 12. Metaphorae a mercatura sumptae.

Ad hoc genus translationum primum referendi sunt loci, ubi vocabula ὤνιος, *venalis*, et ὠνεῖσθαι, *emere*, tropice usurpata occurrunt.

Sic pag. 135 B. legimus: οὐ γὰρ ἀργίας ὤνιον ἡ ὑγίεια καὶ ἀπραξίας. Cf. pag. 326 E., 465 C. Exemplum verbi ὠνεῖσθαι metaphorice positi habemus pag. 711 A.: μήτε δαπάνης πολλῆς, μήτε τῶν πρὸς ἄλλα χρησίμων καιρῶν ὠνεῖσθαι τὸ ῥᾳθυμεῖν.

In vita Bruti c. 23 p. 994 D. imago deprompta est ab auctione publica: ὠνίων τῶν στρατοπέδων, ὥσπερ ὑπὸ κήρυκι προςτιθεμένων τῷ πλέον διδόντι.

Crebriores sunt loci, ubi a *ponderatione* noster petivit metaphoras.

Ῥέπειν, *vergere*, quod proprie de lance dicitur, eadem translatione atque apud tragicos et comicos (cf. v. c. Aesch. Sept. 21. Pers. 432. Choëph. 238. Soph. Antig. 718. Aristoph. Plut. 51) apud Plutarchum passim positum invenies, v. c. pag. 95 B.: αἱ φύσεις οὐκ ἐπὶ ταὐτὰ ῥέπουσιν, pag. 372 F.: Ἶσις ῥέπουσα πρὸς τὸ βέλτιον, pag 447 F.: ῥέπει γὰρ εὐθεῖαν ῥοπὴν ὁ ἀπαθὴς λογισμὸς ἐπὶ τὸ δίκαιον.

Ῥοπή, proprie *inclinationem lancis* significans, sensu translato pro quavis inclinatione ponitur velut pag. 62 B., ubi de adulatore legimus: τῇ χείρονι ῥοπῇ προςτιθεὶς ἑαυτόν. In vita Artaxerxis c. 30 pag. 1027 B. de sene Artaxerxe dicitur: ἦν μὲν οὖν ἐπὶ σμικρᾶς ῥοπῆς ὁ Ἀρταξέρξης διὰ τὸ γῆρας, i. e. minimo ad mortem indigebat momento. Cf. Soph. Oed. Reg. 961: σμικρὰ παλαιὰ σώματ' εὐνάζει ῥοπή. Sensu *momenti* etiam occurrit pag. 323 A.: μεγάλη ῥοπὴ ἡ τύχη ἐστίν. Cf. *pag. 12 D. 346 E., 598 C.

Ὀξύρροπος, vocabulum, proprie de trutina, quae facile huc illuc inclinatur, dictum, de hominibus usurpatum invenimus in vita Dionis pag. 965 C., in moralibus *pag. 103 F., 380 A., 642 A., 951 D.

Frequens est apud scriptorem nostrum comparatio: ὡς ἐπὶ πλάστιγγος, ὥσπερ ἐπὶ ζυγοῦ, καθάπερ πλάστιγγα. Sic *pag. 11 D. ait: τῇδε κἀκεῖσε μετακλίνων, ὡς ἐπὶ πλάστιγγος, πρὸς οὐδέτερον ῥέψαι δύναμαι. Vide etiam pag. 76 E., 21 D.

Pag. 485 F. dicit fratres lancibus in trutina similes esse non oportere, ita, ut altero elato alter deprimatur: ἀδελφῷ δὲ χρὴ μὴ καθάπερ πλάστιγγα ῥέπειν ἐπὶ τοὐναντίον, ὑψουμένου ταπεινούμενον αὐτόν.

Lectio ὑψουμένου non sana esse videtur. Requirimus subiectum huius genetivi absoluti. In cogitatione τοῦ ἑτέρου sive τοῦ ἀδελφοῦ supplere, num liceat, dubito. Certe talis omissio satis rara est. Quam ob causam mihi melius videtur cum Bernardaki scribere: ὑψουμένῳ virgula transposita post ὑψουμένῳ. Tum constructio haec est: χρὴ μὴ ταπεινούμενον αὐτὸν ῥέπειν ἐπὶ τοὐναντίον ὑψουμένῳ ἀδελφῷ.

Pag. 488 B. dicit in fratrum dissensione ius velut pro bilance adhibendum esse et sine ira ac studio momentum rei esse considerandum: ἀλλὰ κἀκεῖ (scil. in fratrum dissensione) φυλακτέον, ὅπως τὰ πράγματα μάχηται καθ' αὑτά!, μηδὲν ἐκ φιλονικίας μηδ' ὀργῆς πάθος προςτιθέντας, ἀλλ' ὥσπερ ἐπὶ ζυγοῦ τοῦ δικαίου τὴν ῥοπὴν κοινῶς ἀποθεωροῦντας. Cf. pag. 447 D., 469 C., 75 C., 754 B.

Σταθμὸν ἄγειν, *pondus habere*, metaphorice noster usurpat pag. 96 B., ubi dicit non eiusdem ponderis esse inimici memoriam iniuriarum et amici gratiam: οὐκ ἴσον ἄγει σταθμὸν ἐχθροῦ μνησικακία καὶ φίλου χάρις. Cf. pag. 599 C.

Pag. 581 A. legimus: ὡς γὰρ ὁλκὴ μία καθ' ἑαυτὴν οὐκ ἄγει (Herw. κατάγει) τὸν ζυγόν, ἰσορροποῦντι δὲ βάρει προςτιθεμένη κλίνει τὸ σύμπαν ἐφ' ἑαυτήν, οὕτως ἐφαρμόσει κληδὼν ἤ τι τοιοῦτον σύμβολον*** καὶ κοῦφον, ἐμβριθῆ διάνοιαν ἐπισπάσασθαι πρὸς πρᾶξιν· δυεῖν δ'ἐναντίων λογισμῶν θατέρῳ προςελθὼν (Dübner correxit προςελθὸν) ἔλυσε τὴν ἀπορίαν, τῆς ἰσότητος ἀναιρεθείσης, ὥστε κίνησιν γίγνεσθαι καὶ ὁρμήν. Hoc loco miserrime corrupto Plutarchus comparat clamorem ominosum vel aliud eius generis signum cum drachma parva. Per se non potest tale signum, quia parvum est et leve, gravem animum ad actionem incitare, sed, cum animus cogitationibus diverse trahitur, alteri parti accedens, dubitationem dirimit, sicut drachma parva pro se lancem trutinae non commovet, adiecta autem aequali ponderi ad se totum inclinat.

Complures critici huic loco sanando operam navarunt. Cum Herwerdeno Plutarch. pag. 19 legendum videtur ὁλκὴ μικρὰ pro ὁλκὴ μία et κατάγει pro ἄγει. Dübner pro προςελθὼν dedit προςελθόν. Wyttenbachius correcto ἐφαρ-

μόσει lacunam sic explet: οὕτως οὐκ ἀρκέσει κληδὼν ἤ τι τοιοῦτον σύμβολον ⟨καθ' αὑτὸ· μικρὸν ὂν⟩ καὶ κοῦφον. Holwerda (in Dissertatione: „de disp. verb. in ling. Graec., ling. Lat. et apud Plut." Traiecti ad Rhenum pag. 139) pro ἐφαρμόσει legere malit: ἐφ'ἑαυτῆς et lacunam expletam cogitare verbis, qualia ἀδύνατόν ἐστι μικρὸν ὄν, dum addit: „Opponitur igitur σύμβολον, quod alicui rei προςῆλθε, ei, quod sit ἐφ' ἑαυτῆς, quemadmodum etiam ὁλκή, quacum comparatur, aliud agere dicitur καθ' αὑτὴν, aliud alii ponderi προςτιθεμένη." Lectio, quam Bernardakis in editione sua proponit: οὕτω πταρμὸς ἢ κληδὼν — σύμβολον μικρόν ἐστι καὶ κοῦφον minus placet. Lacuna enim in codicibus maior est, nempe 16 vel 14 litterarum.

Ad mercaturam faciendam *pecunia* opus est, cuius metaphorice usurpatae exempla satis frequentia apud Plutarchum occurrunt.

Sic κίβδηλος, ὑπόχαλκος, παράσημος, vocabula, proprie de *nummis adulterinis* dicta, passim sensu translato adhibet: pag. 49 D.: φίλος κίβδηλος, pag. 65 B.: κόλαξ ὑπόχαλκος, *pag. 4 C.: ἀνθρώποις παρασήμοις, pag. 65 B. de adulatore dicit: φιλίαν ὑπ' αὐτοῦ παράσημον γίγνεσθαι ὥσπερ νόμισμα. Cf. *pag. 1 B., 59 D., 535 F., 823 C.

Νόμισμα tropice positum reperitur pag. 93 F.: εὔνοια καὶ χάρις μετ'ἀρετῆς νόμισμα φιλίας ἐστίν.

De examinatione numismatis comparatio sumpta est pag. 421 A.: ὥσπερ νομίσματα ξενικὰ τούτους τοὺς λόγους δοκιμάζειν. Cf. pag. 49 D., 94 D.

Pag. 406 B. usus sermonis cum numismatis mutatione comparatur. Sicut alio tempore aliud numisma in usu est et valet, ita tempus fuit, cum pro numismate ser-

monis homines carminibus metrisque uterentur: ἀμοιβῇ γὰρ ἔοικε νομίσματος ἡ τοῦ λόγου χρεία, καὶ δόκιμον μὲν αὐτοῦ τὸ συνηθές ἐστι καὶ γνώριμον, ἄλλην ἐν ἄλλοις χρόνοις ἰσχὺν λαμβάνοντος· ἦν οὖν ὅτε λόγου νομίσμασιν ἐχρῶντο μέτροις καὶ μέλεσι καὶ ᾠδαῖς. Cf. pag. 599 E.

θησαυρός metaphorice usurpatur *pag. 1 B.: καλὸς οὖν παρρησίας θησαυρὸς εὐγένεια.

Pag. 44 B. agens de recta ratione audiendi, Plutarchus dicit molestum esse auditorem qui, ad totam orationem immotus, silentio et fictitia gravitate atque habitu opinionem constantis profundique hominis venetur, ὥσπερ χρημάτων, τῶν ἐπαίνων ὅσον ἄλλῳ μεταδίδωσιν, αὐτοῦ δοκῶν ἀφαιρεῖσθαι.

*Pag. 106 F. vitam debitum fatale vocat, quod, a maioribus nostris contractum, nos solvere debemus: χρέος μοιρίδιον εἶναι λέγεται τὸ ζῆν, ὡς ἀποδοθησόμενον, ὃ ἐδανείσαντο ἡμῶν οἱ προπάτορες.

In vita Othonis c. 2 pag. 1067 A. dicit civitatem poenam Tigellini exposcere ὡς χρέος δημόσιον, cf. in vita Bruti c. 10 pag. 988 D.

*Pag. 116 B. vita cum deorum deposito comparatur, quod apud nos, ut mensarios, est depositum: ἔχομεν γὰρ τὸ ζῆν, ὥσπερ παρακαταθεμένοις θεοῖς ἐξ ἀνάγκης, καὶ τούτου χρόνος οὐδείς ἐστιν ὡρισμένος τῆς ἀποδόσεως, ὥσπερ οὐδὲ τοῖς τραπεζίταις τῆς τῶν θεμάτων, ἀλλ' ἄδηλον, πόθ' ὁ δοὺς ἀπαιτήσει.

Ad verba παρακαταθεμένοις θεοῖς requiritur vocabulum, unde pendeant. Wyttenbachius putat excidisse ἀποδώσοντες post ἀνάγκης. Bernardakis scribit παρὰ καταθεμένοις θεοῖς Cui tamen lectioni sententia loci obstat. Non apud deos, *apud nos* vita est deposita. Qua re melius videtur

cum Herwerdeno (Mnem. 1890 pag. 371) legere: ἔχομεν γὰρ τὸ ζῆν παρ' ἡμῖν κατατεθειμένον θεοῖς (i. e. ὑπὸ θεῶν) ἐξ ἀνάγκης.

Cf. in vita Ciceronis pag. 868 C.: παρακατατίθεσθαι τὰ πράγματα τοῖς ὑπάτοις, i. e. rem publicam consulibus com mittere, in vita Bruti pag. 1010 A.: τὰ σώματα τοῖς ὅπλοις παρακατατίθεσθαι.

§ 13. METAPHORAE A RE NAVALI DEPROMPTAE.

Cum apud omnes scriptores Graecos, non aliter quam apud nostrates, nulla est metaphora frequentior illis, quae sumptae sunt a re navali, tum apud Plutarchum creberrimae metaphorae et comparationes huius generis occurrunt. Primum videamus de singulis navis instrumentis metaphorice adhibitis:

Ἄγκυρα, *ancora*. Ἡ ἱερά, ἄγκυρα, *ancora sacra*, quae ad extremum periculum reservabatur, tropice dictum occurrit pag. 815 D., ubi civilis viri agendi libertas in extremo urbis periculo cum sacra ancora in tempestate comparatur: δεῖ γὰρ οὐ ποιεῖν χειμῶνας αὐτόν (scil. τὸν πολιτικόν), ἀλλὰ μὴ προλιπεῖν ἐπιπεσόντων οὐδὲ κινεῖν τὴν πόλιν ἐπισφαλῶς, σφαλλομένῃ δὲ καὶ κινδυνευούσῃ βοηθεῖν, ὥσπερ ἄγκυραν ἱεράν, ἀράμενον ἐξ αὐτοῦ τὴν παρρησίαν ἐπὶ τοῖς μεγίστοις.

Verba contextus miserrime sunt depravata. Primum προλιπεῖν propter antecedens ποιεῖν mutandum est in προλείπειν. Verba οὐδὲ κινεῖν τὴν πόλιν melius leguntur ante ἀλλὰ μὴ προλείπειν. Vocabulum ἐπισφαλῶς plane abundat. Quid tandem postrema verba significent, prorsus me latet. Exspectamus aliquid in hanc fere sententiam: ὥσπερ ἄγκυραν ἱερὰν καθέντα τὴν παρρησίαν.

Conferri potest pag. 812 B., ubi pro ἱερὰ ἄγκυρα dicit ἱερὸν σκεῦος.

Huc etiam pertinet comparatio in vita Coriol. c. 32 pag. 298 F.: ἐπανελθόντων δὲ τῶν πρέσβεων ἀκούσασα ἡ βουλή, καθάπερ ἐν χειμῶνι πολλῷ καὶ κλύδωνι τῆς πόλεως, ἄρασα τὴν ἱερὰν ἄγκυραν ἀφῆκε. Sic enim pro codicum lectione τὴν ἀφ' ἱερᾶς ἀφῆκεν legendum esse puto cum W. F. H. Coenen (in Dissert. „de compar. et metaph. apud Atticos praesertim poëtas." Traiecti ad Rhenum 1875 pag. 72), qui ad hunc locum adnotat: „Corruptelam inde natam esse puto, quod in margine lector aliquis adscripserit: τὴν ἀφ' ἱερᾶς, ut notaret alteram loquendi formam, quam notam marginalem in textum irrepsisse pro genuinis verbis crediderim. Quid enim magis cum rei natura convenit quam, ubi de κλύδων et χειμών mentio facta sit, pergi imagine ex eadem re sumpta, et memorari ἄγκυραν pro *salutis consilium.*"

Pag. 601 F. mens et ratio cum ancora comparantur, ubi scriptor homini, cui suppeditent res ad vitam tolerandam necessariae, mentem et rationem adesse debere dicit, tamquam gubernatori ancoram, ut quovis portu, ad quem delatus fuerit, uti possit: ἔχειν δεῖ νοῦν καὶ λογισμόν, ὥσπερ ἄγκυραν τὸν κυβερνήτην (τὸν inseruit E. Graf. Nov. Ann. 1888, vol. 137, pag. 561), ἵνα παντὶ χρῆσθαι λιμένι προςορμισθεὶς δύνηται.

Ἐπ' ἀγκύρας ἀποσαλεύειν, proprie *in salo stare in ancoris* significans, de cupiditatibus dictum reperimus pag. 493 D.: ὄρεξιν τοῦ κατὰ φύσιν ἀποσαλεύουσαν, i. e. cupiditatem a natura alienam. Item paullo inferius: τὰ θηρία, ἀλόγους ὁρμὰς καὶ ὀρέξεις ἔχοντα καὶ χρώμενα πλάναις καὶ περιδρομαῖς, πολλάκις οὐ μακρὰν ἀλλ' ὡς ἐπ' ἀγκύρας τῆς φύσεως σαλεύει.

In vita Solonis c. 19 pag. 88 D. Solon dicitur instituisse duos senatus (senatum quadringentorum et Areopagitarum) existimans, rem publicam, duobus senatibus quasi duabus in ancoris stantem, minus fluctuaturam esse: οἰόμενος ἐπὶ δυσὶ βουλαῖς ὥσπερ ἀγκύραις ὁρμοῦσαν ἧττον ἐν σάλῳ τὴν πόλιν ἔσεσθαι. Cf. pag. 731 D.

Passim tropice dicta occurrunt vocabula κυβερνᾶν, κυβέρνησις, velut pag. 321 B.; τήν γε Νομᾶ βασιλείαν εὐτυχία διεκυβέρνησε θαυμαστή, pag. 611 A.: τοῖς ἔξωθεν κυβερνᾶσθαι πράγμασι, pag. 37 B.: ἀγαθῆς δεῖ τῷ νέῳ κυβερνήσεως, pag. 369 C.: οὐκ ἀκυβέρνητον αἰωρεῖται τὸ πᾶν.

Viros civiles, imprimis in libello praecepta rei publicae gerendae continenti, saepius Plutarchus comparat cum gubernatoribus. Sic pag. 802 B. dicit oportere ipsi sciant regendi civitatis artem neque indigeant adiutoribus, quamadmodum gubernatoribus opus sit *celeustis:* οἱ μὲν οὖν τὰ πλοῖα κυβερνῶντες ἑτέροις χρῶνται κελευσταῖς, ὁ δὲ πολιτικὸς ἐν ἑαυτῷ μὲν ὀφείλει τὸν κυβερνῶντα νοῦν ἔχειν, ἐν ἑαυτῷ δὲ τὸν ἐγκελευόμενον λόγον. Cui sententiae non respondet ea, quam legimus paullo inferius, pag. 812 C.: ὡς οἱ κυβερνῆται τὰ μὲν ταῖς χερσὶ δι' ἑαυτῶν πράττουσι, τὰ δ' ὀργάνοις ἑτέροις ἄπωθεν καθήμενοι περιάγουσι καὶ στρέφουσι, χρῶνται δὲ καὶ ναύταις καὶ πρῳρεῦσι καὶ κελευσταῖς, καὶ τούτων ἐνίους ἀνακαλούμενοι πολλάκις εἰς πρύμναν ἐγχειρίζουσι τὸ πηδάλιον, οὕτω τῷ πολιτικῷ προςήκει παραχωρεῖν μὲν ἑτέροις ἄρχειν καὶ προκαλεῖσθαι πρὸς τὸ βῆμα μετ' εὐμενείας καὶ φιλανθρωπίας, κινεῖν δὲ μὴ πάντα τὰ τῆς πόλεως τοῖς αὑτοῦ λόγοις καὶ ψηφίσμασιν ἢ πράξεσιν, ἀλλ' ἔχοντα πιστοὺς καὶ ἀγαθοὺς ἄνδρας ἕκαστον ἑκάστῃ χρείᾳ κατὰ τὸ οἰκεῖον προςαρμόττειν. Cf. in vita Arati c. 38 pag. 1044 F.

In vita Bruti c. 46 pag. 1060 B. Brutum Cassio

mortuo comparat cum nautis amisso gubernaculo. Sicut enim fracto gubernaculo conantur alia ligna aptare atque affigere, praesenti indigentiae utcumque subvenientes, ita Brutus post mortem collegae, paris oneri, coactus erat iis, quos habebat duces, uti: ὥσπερ ἐν πλῷ πηδαλίου συντριβέντος ἕτερα ξύλα προςηλοῦν καὶ προςαρμόττειν ἐπιχειροῦσιν, οὐκ εὖ μέν, ἀναγκαῖα δέ, μαχόμενοι πρὸς τὴν χρείαν, οὕτω Βροῦτος ἐν δυνάμει τοσαύτῃ καὶ μετεώροις πράγμασιν οὐκ ἔχων ἰσορροποῦντα στρατηγὸν ἠναγκάζετο χρῆσθαι τοῖς παροῦσιν.

Alibi pag. 452 B. ait multis in rebus mentem, affectibus omnino ex animo evulsis, esse otiosiorem, sicut gubernator, postquam ventus cessavit, non admodum habet, quod agat: τῶν δὲ παθῶν παντάπασιν ἀναιρεθέντων ἐν πολλοῖς ἀργότερος ὁ λόγος καὶ ἀμβλύτερος, ὥσπερ κυβερνήτης πνεύματος ἐπιλιπόντος.

Eodem pertinet metaphora, quae exstat pag. 34 A.: ὁ δ' ὑφ' ἡδονῆς καὶ ὥρας ὧδε κἀκεῖ μ ε τ ο ι α κ ι ζ ό μ ε ν ο ς ἐπαρίστερος καὶ ἀβέβαιός ἐστιν.

Pag. 33 F. legitur: τρόπος πείθει διὰ χαλινοῦ, καθάπερ κυβερνήτης διὰ πηδαλίου, i. e. mores alicuius movent alium oratione, sicut gubernator clavo regit navem.

Denique huc spectat comparatio, quae pag. 788 D. invenitur, quo loco Plutarchus dicit civitates, in metu ac periculo a senibus regi cupientes, saepe iam seni ex agro accito clavum rei publicae tradidisse: αἱ πόλεις, ὅταν πταίσωσιν ἢ φοβηθῶσι, πρεσβυτέρων ποθοῦσιν ἀρχὴν ἀνθρώπων καὶ πολλάκις ἐξ ἀγροῦ κατάγουσαι γέροντα ἠνάγκασαν, ὥσπερ οἰάκων ἐφαψάμενον, εἰς ἀσφαλὲς καταστῆσαι τὰ πράγματα.

Π ο ῦ ς in re nautica est *inferior funiculus*, quo velum vel adstringitur vel remittitur. Latini *pedem* dicunt, nostrates

schoot. Unde comparationem petivit scriptor pag. 95 E: καθάπερ πόδα νεὼς ἐνδιδόντι καὶ προςάγοντι ταῖς χρείαις τὴν φιλίαν. Simili comparatione usus est pag. 818 A.: πολιτικώτερον μικρὸν ποδὸς χαλάσαι μεγάλῃ κύματος ἀλκῇ. Cf. Eurip. Orest. 706. Soph. Antig. 726. Arist. Eq. 434.

Metaphora a navibus, vento latus praebentibus, desumpta est pag. 28 D.: παντὶ λόγῳ πλάγιον, ὥσπερ πνεύματι, παραδιδοὺς ἑαυτόν. Eadem metaphora occurrit pag. 66 B.: βλάπτονται γὰρ οὐκ ἐπαινούμενοι μόνον ἀκαίρως, ἀλλὰ καὶ ψεγόμενοι· καὶ τοῦτο μάλιστα τοῖς κόλαξιν εὐλήπτους καὶ πλαγίους παραδίδωσιν. Vide etiam pag. 706 E.

Propria significatio obtinet in vita Themistoclis pag. 119 C. de Persarum navibus in pugna Salaminia, quas τὸ πνεῦμα παρεδίδου πλαγίας τοῖς Ἕλλησιν ὀξέως προςφερομένοις. Cf. in vita Pyrrhi pag. 392 B., in vita Antonii pag. 947 B.

Οὖρος, οὔριον πνεῦμα, ventus navigantibus secundus, in metaphora occurrit pag. 467 E.: ἀλλά τις ἀπήντησεν ἐκ διαβολῆς ἢ φθόνου δυσημερία καὶ σκορακισμός; ἐπὶ τὰς Μούσας οὔριον τὸ πνεῦμα καὶ τὴν Ἀκαδήμειαν, ὥσπερ Πλάτωνι, χειμασθέντι περὶ τὴν Διονυσίου φιλίαν, i. e. infelix es et contumeliose tractaris per calumniam vel invidiam? Secundo vento ferri licet ad Musas et Academiam, sicut Platoni, postquam naufragium fecit amicitiae cum Dionysio.

Τροπαία πνεύματος, *ventus adversus*, in comparatione reperitur in vita Galbae c. 26 pag. 1065 A.: ἐμβάλλοντος δὲ (scil. τοῦ Γάλβα) εἰς τὴν ἀγοράν, ὥσπερ τροπαία πνεύματος, ἀπήντησε φήμη κρατεῖν τὸν Ὄθωνα τοῦ στρατεύματος.

Pag. 663 E. cibi cupiditas comparatur cum vento in

mari: ὡς δὲ λάβρον πνεῦμα κυβερνῆται πολλαῖς μηχαναῖς ὑποφεύγουσι, παυσάμενον δὲ καὶ μαρανθὲν οὐδεὶς πάλιν ἐκριπίσαι καὶ διασεῖσαι δυνατός ἐστιν, οὕτως πρὸς ὄρεξιν ἐνστῆναι μὲν καὶ κολάσαι τὸ πλεονάζον αὐτῆς οὐ μέγα ἔργον, ἤδη δὲ κάμνουσαν πρὸ καιροῦ καὶ μαλθακιζομένην καὶ ἀπολείπουσαν τὸ οἰκεῖον ἐντεῖναι καὶ ἀναζωπυρῆσαι παγχάλεπον, i. e. sicut multis artibus gubernatores vehementiorem ventum fugere possunt, ubi autem consedit, excitare de integro nemo potest, ita facile nimiam cibi appetentiam reprimere possumus, praepropere autem deficientem resuscitare pergrave est.

Συστέλλειν, proprie de *velis contrahendis* dictum, passim noster coërcendi sensu usurpat. Sic pag. 89 E.: ἡ εὐλάβεια συστέλλουσα τὰ πάθη, pag. 70 D.: ὅταν ταπεινοὶ γένωνται καὶ συσταλῶσι, pag. 128 F.: ὥσπερ ἱστίον τὸ σῶμα συστέλλειν, pag. 128 A., *111 F., 471 D., 590 C.

Non rariores sunt loci, ubi corpus cum nave comparatur, praesertim in libello praecepta sanitatis tuendae continenti. Sic pag. 128 B. corpus, quod cruditate laborans in balneum trahitur, comparatur cum nave fragili et rimosa, quae in mare deducitur: πολὺ δ' αἴσχιον ἂν φέροις ἀπεψίαν καὶ βαρύτητα καὶ πλησμονὴν σώματος εἰς βαλανεῖον ἑλκομένου, καθάπερ εἰς θάλασσαν σαθροῦ πλοίου καὶ μὴ στέγοντος.

Pag. 127 B. homines gulosi, qui corpus nimis edendo onerant, deinde purgando et proluendo evacuant, comparantur cum stultis naviculariis, qui, ubi multa ob avaritiam in navem ingesserunt, assidue deinceps aquam exhaurire coguntur: δεῖ μή, καθάπερ οἱ ἀγαθοὶ ναύκληροι, πολλὰ δι' ἀπληστίαν ἐμβαλόμενοι, τοὐντεῦθεν ἤδη διατελοῦσιν ἀντλοῦντες καὶ ὑπεξαιροῦντες τὴν θάλασσαν, οὕτως ἐμπλήσαντας

σῶμα καὶ βαρύναντας ὑποκαθαίρειν αὖθις καὶ ὑποκλύζειν, ἀλλὰ διατηρεῖν εὐσταλές κ. τ. λ.

Haud dubie ἀγαθοί depravatum est. Non recte enim dicuntur *boni*, qui exemplum vitii fugiendi ponuntur. Incerta est emendatio. Wyttenbachius dedit ἄθλιοι, Madvigius Adv. Crit. pag. 623 ἄθεοι, Bernardakis ἄπλοοι, Herwerdenus Plutarch. pag. 6 ἀνόητοι, quod in versione reddidi.

Pag. 136 A. Plutarchus imaginem petivit a navium subductione. Hortatur nempe civilem virum, ut parvis in rebus remissionem admittat otioque indulgeat, εἰ βούλεται πρὸς τὰς καλὰς πράξεις καὶ μεγάλας μὴ διάπονον ἔχειν τὸ σῶμα, μηδ' ἀμβλὺ μηδ' ἀπαγορεῦον, ἀλλ' ὥσπερ ἐν νεωλκίᾳ τῇ σχολῇ τεθεραπευμένον.

Huc quoque pertinet elegans imago pag. 476 A., qua dicit portum mortis, si vitae laboribus, tamquam vehementibus procellis, obruamur, in propinquo esse, ad quem e corpore, tamquam e scapha rimosa, omni tempore enatare possimus: παραλόγου δέ τινος καὶ μεγάλου καταλαβόντος καὶ κρατήσαντος, ἐγγὺς ὁ λιμὴν καὶ πάρεστιν ἀπονήξασθαι τοῦ σώματος, ὥσπερ ἐφολκίου μὴ στέγοντος.

Alibi quoque λιμὴν comparationem nostro praebuit, velut pag. 778 C., ubi alta quies cum portu ab undis tuto et silenti comparatur: τὸ ἀγαθὸν ἐν τῷ βαθυτάτῳ τῆς ἡσυχίας, ὥσπερ ἐν ἀκλύστῳ λιμένι καί κωφῷ τιθέμενος. Cf. pag. 550 C., 123 E.

Denique hic memorandus est usus metaphoricus verbi καθορμίζειν pag. 455 C.: καθορμίζειν ἑαυτὸν εἰς ἡσυχίαν.

Vitam cum nave comparat Plutarchus pag. 604 D., ubi ait plerosque nullo cogente revulsis ancoris vitae navem ad alium portum transferre: οἱ πλεῖστοι μηδενὸς ἀναγκάζοντος

αὐτοὶ τὸ ἀγκύριον ἀράμενοι μεθωρμίσαντο τοὺς βίους κα μετέστησαν οἱ μὲν εἰς Ἀθήνας οἱ δὲ ἐξ Ἀθηνῶν. Similiter vitam cum nave confert pag. 751 D., ubi de Solone dicit: ὥσπερ ἐκ ζάλης καὶ χειμῶνος τῶν παιδικῶν ἐρώτων ἔν τινι γαλήνῃ τῇ περὶ τὸν γάμον καὶ φιλοσοφίαν θέμενος τὸν βίον. i. e. vita veluti ex aestu et tempestate puerilium amorum in tranquillitate matrimonii et philosophiae collocata. Cf. Plat. Rep. VI, 10.

Pag. 321 C. urbs Roma, vexata vicinorum ac finitimorum odiis atque inimicitiis, comparatur cum nave, exagitata turbulento aestu conturbatoque mari: καθάπερ ἐν κλύδωνι θολερῷ καὶ τεταραγμένῳ πελάγει, τῇ τῶν παροίκων καὶ γειτόνων ἔχθρᾳ καὶ χαλεπότητι τὴν πόλιν φερομένην.

Pag. 321 D. a navium fabricatione elegantem philosophus duxit comparationem. Dicit nempe Romam, multo labore a Romulo conditam, non statim, postquam condita esset, sustinere debuisse bella et pericula, sed tempus ei non defuisse virium confirmandarum, comparans eam urbem cum nave oneraria aut triremi, quam, vi multa compactam, malleis clavis cuneis serris securibus adhibitis, stare ad certum tempus necesse est et coalescere, dum vincula roborentur et clavi firmentur; quod si recenti adhuc et lubrica compage in mare deduceres, omnia concussu fatiscerent et aquam admissura essent: ὥσπερ γὰρ ὁλκὰς ἢ τριήρης ναυπηγεῖται μὲν ὑπὸ πληγῶν καὶ βίας πολλῆς, σφύραις καὶ ἥλοις ἀρασσομένη καὶ γομφώμασι καὶ πρίοσι καὶ πελέκεσι, γενομένην δὲ στῆναι δεῖ καὶ παγῆναι σύμμετρον χρόνον, ἕως οἵ τε δεσμοὶ κάτοχοι γένωνται καὶ συνήθειαν οἱ γόμφοι λάβωσιν, ἐὰν δ' ὑγροῖς ἔτι καὶ περιολισθάνουσι τοῖς ἁρμοῖς κατασπασθῇ, πάντα χαλάσει διατιναχθέντα καὶ δέξεται τὴν θάλατταν· οὕτω τὴν Ῥώμην κ. τ. λ.

Offendit vocabulum συνήθειαν. Exspectamus potius cabulum, quod *cohaerentiam*, *coniunctionem* significat. aque Wyttenbachius proposuit συνέχειαν, Bernardakis υν άφειαν. Qui retinent συνήθειαν, explicant, ut sit *rmitas, quae ex consuetudine exsistit.* At dubitari potest, ium linguae ratio eam interpretationem admittat.

Pag. 549 E. disputationis argumentum cum nave comparat, quae fluctum decumanum sustinere non potest eoque obruitur: τί γὰρ δεῖ τὸ τρίτον ἐπενεγκεῖν κῦμα καὶ προςκατακλύσαι τὸν λόγον, εἰ τὰ πρῶτα μὴ δυνατὸς ἔσται διώσασθαι μηδ' ἀποφυγεῖν ἐγκλήματα.

Tertius quisque fluctus Graecis maior videbatur et periculosior navibus quam duo praecedentes, Romanis decimus. Unde apud Romanos *fluctus decumanus.* Cf. Plat. Rep. 465 D., Aesch. Prometh. 1017 τρικυμία κακῶν, Eurip. Hippol. 1213 etc.

Pag. 319 F. Cleopatra cum scopulo, infra superficiem maris latenti, comparatur, ad quem Antonius naufragium fecerit et elisus sit: περὶ ἣν (scil. Κλεοπάτραν) ὡς ἕρμα κατέδυ (scil. 'Αντώνιος) καὶ συνετρίβη.

In vita Arati c. 41 pag. 1046 D. Aratus, in patriae periculo omni spe destitutus, dicitur iactatus esse ἐν σάλῳ καὶ κινδύνῳ ὥσπερ ἐπὶ ναυαγίου τῆς πατρίδος.

Similiter in vita Phocionis c. 1 pag. 741 E. Plutarchus dicit Demadem contendisse sibi ignosci debere, si ipso gerente rem publicam Atheniensibus non omnia prospere procederent; etenim se πολιτεύεσθαι τὰ ναυάγια τῆς πόλεως. Et paullo inferius addit: Δημάδης αὐτὸς ἦν ναυάγιον οὕτως ἀσελγῶς βιώσας καὶ πολιτευσάμενος. Cf. in vita Phocionis c. 3 pag. 743 A.

Pag. 622 B. ναυαγεῖν, *naufragium facere*, sensu

translato occurrit: συμποσίου δὲ βασιλεὺς ἀστεῖον ἆθλον ἂν καὶ γέρας προςθείη τῷ παιδιὰν ἀνύβριστον εἰςηγησαμένῳ καὶ τέρψιν ὠφέλιμον, καὶ γέλωτα μὴ μώμου μηδ' ὕβρεως ἀλλὰ χάριτος καὶ φιλοφροσύνης ἑταῖρον, ἐν οἷς τὰ πλεῖστα ναυαγεῖ συμπόσια μὴ τυχόντα παιδαγωγίας ὀρθῆς.

Pag. 606 D. spem cum rate noster comparat, dicens de hominibus, semper a futuris pendentibus et absentia desiderantibus: ὡς ἐπὶ σχεδίας διαφέρονται τῆς ἐλπίδος.

Pag. 707 D. eos qui convivis concedunt, ut alios secum ad convivium adducant, comparat cum navium locatoribus, qui sinunt vectores impedimenta sua in navem iniicere: ὥσπερ οἱ τὰ πλοῖα ναυλοῦντες ὅτι ἂν φέρῃ τις ἐμβάλλεσθαι παρέχουσιν, οὕτως ἡμεῖς τὰ συμπόσια παραδόντες ἑτέροις πληροῦν ἀφίεμεν ἐκ τῶν προςτυχόντων, ἄν τε χαρίεντες ὦσιν ἄν τε φαῦλοι.

E re nautica etiam pag. 128 D. imaginem deprompsit, ubi homines, parum decorum ducentes in suspitione morbi et corpore non bene affecto unum diem in lecto consumere ciboque abstinere, deinde per plures dies, dum purgantur et medicamentis oblinuntur, decumbentes, comparat cum nautis, quos pudet tempestate orta in litore manere quique deinde, in altum provecti, conturbantur atque nauseant: ὥσπερ γὰρ ἀμέλει πλέοντες ἔνιοι χειμῶνος ὄντος αἰδοῦνται διατρίβειν ἐπ' ἀκτῆς, εἶτ' ἀναχθέντες αἴσχιστα διάκεινται βοῶντες καὶ ναυτιῶντες, οὕτως ἐν ὑποψίᾳ καὶ προπαθείᾳ σώματος ἀγεννὲς ἡγούμενοι μίαν ἡμέραν ἐν κλίνῃ διάγειν καὶ μὴ παραθέσθαι (malim παρατίθεσθαι propter praecedens διάγειν) τράπεζαν, αἴσχιστα πολλὰς ἡμέρας κεῖνται, καθαιρόμενοι καὶ καταπλασσόμενοι καὶ θωπεύοντες ἰατροὺς καὶ θεραπεύοντας (ita enim cum Herwerdeno Mnem. 1890 pag. 372 legendum puto pro θεραπεύοντες,

scil. eos qui continuo curandi causa et ministrandi adsunt aegrotantibus. Belgice: *verplegers*, *ziekenoppassers*), οἶνον αἰτοῦντες ἢ ψυγρὸν ὕδωρ, ἄτοπα καὶ ἀγεννῆ πολλὰ ποιεῖν καὶ φθέγγεσθαι διὰ τὸν πόνον καὶ τὸν φόβον ὑπομένοντες.

Simili comparatione usus est pag. 798 D., ubi ait multos, forte fortuna ad rem publicam delatos, reverti non posse ad otium tranquillum, comparans eos cum navigantibus, qui vi tempestatis inviti in altum propelluntur: οὐκέτι ῥᾳδίως ἀπελθεῖν δύνανται, ταὐτὸ τοῖς ἐμβᾶσιν εἰς πλοῖον αἰώρας χάριν, εἶτ' ἀποσπασθεῖσιν εἰς πέλαγος, πεπονθότες, ἔξω βλέπουσι ναυτιῶντες και ταραττόμενοι, μένειν δὲ καὶ χρῆσθαι τοῖς παροῦσιν ἀναγκὴν ἔχοντες. Cf. etiam pag. 460 B., 787 E.

Πορθμεῖον, *navis parva et levis*, *qua freta*, *amnes etc. traiiciuntur*, in comparatione occurrit pag. 679 F.: οἱ γὰρ σπανίως ἑστιῶντες ἀναγκάζονται τὸν ὁπωσοῦν ἐπιτήδειον ἢ γνώριμον καταγράφειν, οἱ δὲ συνεχέστερον κατὰ τρεῖς ἢ τέτταρας ἀναλαμβάνοντες, ὥσπερ πορθμεῖα, τὰ συμπόσια κουφότερα (ita enim cum Herwerdeno Plutarch. pag. 27 scripserim pro κοῦφά τε, quod est in codicibus) ποιοῦσιν.

Porro comparationes e re nautica petitae reperiuntur pag. 466 C., 804 D., 820 C., 438 B., 754 C.

§ 14. Metaphorae ab itinere faciendo petitae.

Ὁδός, *via*, sensu translato rationis positum reperitur in vita Pompei c. 52 pag. 646 F.: τοιαύτῃ δ' ὁδῷ παρελθόντες ἐπὶ τὴν ἀρχήν, in vita Caesaris c. 15 pag. 714 E.: καταστάντος εἰς ἑτέραν τινὰ βίου καὶ πραγμάτων καινῶν ὁδόν, in vita Catonis Minoris c. 6 pag. 762 C.: καθόλου δὲ τοῖς τότε

βίοις καὶ τοῖς ἐπιτηδεύμασιν ὁ Κάτων τὴν ἐναντίαν ὁδὸν οἰόμενος δεῖν βαδίζειν, *pag. 112 C.: καὶ γὰρ ἐπὶ τῶν σωματικῶν παθημάτων ἡ ταχίστη τῆς ἐπαλλαγῆς ὁδὸς ἀμεινών, pag. 804 D.: ὁδοὶ δύο τῆς πολιτείας εἰσίν, cf. pag. 964 B., 1129 F., in vita Camilli c. 5 pag. 131 D.

Ἐφόδιον, *viaticum*, metaphorico sensu adminiculi scriptor adhibet *pag. 8 C.: ἐν νεότητι τὴν εὐταξίαν καὶ τὴν σωφροσύνην ἐφόδιον εἰς τὸ γῆρας ἀποτίθεσθαι, pag. 472 C.: ὑπεροψία καὶ περιφρόνησις (scil. τοῦ πλούτου) μέγα πρὸς φιλοσοφίαν ἐφόδιον, pag. 476 B.: οὐ μικρὸν ἔχει τῆς πρὸς τὸν βίον εὐθυμίας ἐφόδιον τὴν πρὸς τὸν θάνατον ἀφοβίαν. Cf. pag. 87 A., 125 E., 322 A.

Pag. 77 D. eos qui philosophiae student comparat cum hominibus, iter incipientibus in terram ignotam: πολλαῖς ἀπορίαις καὶ πλάναις καὶ μεταμελείαις προστυγχάνουσιν οἱ φιλοσοφοῦντες τὸ πρῶτον, ὥσπερ οἱ γῆν ἀπολιπόντες, ἣν ἴσασι, μηδέπω δὲ καθορῶντες ἐφ' ἣν πλέουσι.

§ 15. Metaphorae a re militari sumptae.

Primum huc referendi sunt loci, ubi *arma* in metaphora occurrunt. Sic pag. 548 B. Plutarchus, consuetudinem sequens optimorum scriptorum, qui saepius id quod sive acute sive acerbe in aliquem dictum est, tamquam telum missum esse dicunt (vide v. c. Soph. Aiac. 1261, Electr. 571, Antig. 1084 sqq., Aristoph. Thesm. 903, Nub. 943, Plat. Theaet. pag. 180 A., Pind. Isthm. IV. 47, Isthm. II. 3), Epicurei dicta cum telis comparat: ἀλλ' οὐδ' εἰ βαλὼν ἀπηλλάγη, καλῶς εἶχε περιορᾶν τὸ βέλος ἐγκείμενον.

Pag. 631 E. sales cum telis hamatis comparantur:

μᾶλλον οὖν τὰ σκώμματα δάκνει καθάπερ τὰ παρηγκιστρωμένα βέλη πλείονα χρόνον ἐμμένοντα.

Ad barbarorum morem sagittas veneno inficiendi spectat, quod legimus pag. 458 E.: τὸν μὲν γὰρ σίδηρον ἔνιοι τῶν βαρβάρων φαρμάσσουσιν, ἡ δ' ἀνδρεία χολῆς οὐ δεῖται· βέβαπται γὰρ ὑπὸ τοῦ λόγου.

Pag. 810 E. maledictum, in prudentem virum iactum, in auctorem reverti noster dicit idque comparat cum telo, quod propter scopi duritiem in eum qui miserit, redeat: καθάπερ γὰρ τῶν βελῶν ὅσα πρὸς τὸν βαλόντα φέρεται πάλιν ῥώμῃ τινὶ δοκεῖ καὶ στερεότητι τοῦ πληγέντος ἀνακρουόμενα τοῦτο πάσχειν, οὕτω τὸ λεχθὲν ὑπὸ ῥώμης καὶ συνέσεως τοῦ λοιδορηθέντος ἐπὶ τοὺς λοιδορήσαντας ἀναστρέφειν ἔοικεν.

Conferri quoque potest pag. 825 E., ubi scriptor ait oportere in iudiciis inter cives nudis et puris argumentis rem gerere neque ea argumenta, ut tela, convitiis minisque tamquam acuere ac veneno imbuere, ne discordia insanabilis fiat, ut vulnus telo venenato inflictum: ἐν δὲ ταῖς κρίσεσι καὶ ταῖς δίκαις πρὸς τοὺς πολίτας ἄμεινόν ἐστι καθαραῖς καὶ ψιλαῖς ταῖς αἰτίαις χρώμενον ἀγωνίζεσθαι, καὶ μὴ καθάπερ βέλη τὰ πράγματα χαράσσοντα καὶ φαρμάσσοντα ταῖς βλασφημίαις καὶ ταῖς κακοηθείαις καὶ ταῖς ἀπειλαῖς ἀνήκεστα καὶ μεγάλα καὶ δημόσια ποιεῖν.

Τοξεύειν, *arcu iaculari*, sensu cupide appetendi occurrit in vita Arati c. 15 pag. 1033 F.: ταῖς μὲν οὖν διαπύροις τοξευομέναις ἔρωσι φιλίαις βασιλέων καὶ τυράννων. Cf. pag. 647 E.

Ἀστοχεῖν, *a scopo aberrare*, apud nostrum tropice adhibitum invenimus in vita Galbae c. 16 pag. 1059 F.: ἀστοχεῖν τοῦ πρέποντος.

Pag. 458 E. Lacedaemoniorum iram in hostes cum modico pugione, facili receptu, scriptor comparat: ἀνακαλοῦνται τὸν θυμὸν ὥσπερ τὰ σύμμετρα τῶν ἐγχειριδίων εὐανακόμιστον ὄντα.

In vita Artaxerxis c. 11 pag. 1016 F. Ctesiae narrationem de morte Cyri comparat cum hebeti mucrone, quo Cyrum vix conficiens tandem interfecit: τοιοῦτος μὲν ὁ Κτησίου λόγος, ᾧ καθάπερ ἀμβλεῖ ξιφιδίῳ μόλις ἀναιρῶν τὸν ἄνθρωπον ἀνῄρηκεν.

Pag. 481 E. facillimum esse dicit amicos et compotatores alios parare, prioribus armorum aut instrumentorum instar amissis: ληιστοὶ μέν τε φίλοι καὶ συμπόται, τῶν πρώτων ὥσπερ ὅπλων ἢ ὀργάνων διαφθαρέντων.

Pag. 562 C. ἔλυτρον, *involucrum hastae vel clipei*, sensu translato positum occurrit: πανουργίαν, ἔλυτρόν τι τῆς κακίας.

Παρασκηνοῦν, *iuxta tendere*, sensu metaphorico adhibitum invenimus pag. 753 D.: οἱ δὲ φυλλοχόοι μῆνες τῷ χειμῶνι παρασκηνοῦντες. Cf. pag. 51 E.

Item ἀποσκηνοῦν metaphorice dictum reperitur pag. 344 B.: οὕτω μακρὰν ἀπεσκηνώκει τὰ ὦτα τῶν Μουσῶν.

Σπένδεσθαι, *foedus inire*, *pacisci*, de superstitione usurpat Plutarchus pag. 165 E.: ἡ δεισιδαιμονία οὐ σπένδεται πρὸς τὸν ὕπνον. Cf. pag. 40 B.: δεῖ τῇ φιληκοΐᾳ πρὸς τὴν φιλοδοξίαν σπεισάμενον ἀκροᾶσθαι τοῦ λέγοντος ἵλεων.

Ex bellicis calamitatibus translationes habet v. c. pag. 133 A., ubi λεηλατεῖν, *agere et ferre*, *vastare*, tropice de ventre usurpat: φιλόλογον δ' ἄνδρα καὶ φιλόμουσον ἐν καιρῷ, δεομένῳ βραδυτέρου δείπνου, διάγραμμα παρακείμενον ἢ τι βιβλίδιον ἢ λύριον οὐ προΐενται τῇ γαστρὶ λεηλατούμενον, i. e. ubi tardius coenare oportebit, semper

aliquid, aut proposita aliqua geometrica descriptio aut libellus aut cithara impediet, quominus vir doctus ventris praeda fiat.

Viros ignavos praedam mulierum vocat pag. 753 F.: ἔλαθον γενόμενοι λεία γυναικῶν. Cf. in vita Pyrrhi c. 19 pag. 395 A.: Χάονας καὶ Μολοσσοὺς τὴν ἀεὶ Μακεδόνων λείαν.

A *victoria* deprompta est metaphora pag. 457 D.: τὸ ἐν ψυχῇ στῆσαι κατὰ θυμοῦ τροπαῖον μεγάλης ἐστὶ καὶ νικητικῆς ἰσχύος.

Ἐπισιτίζεσθαι, *pabulari*, *cibos et commeatus auferre*, metaphorico sensu positum invenimus pag. 78 E.: οἱ πλεῖστοι τοῖς διαλεκτικοῖς ἐνδύντες εὐθὺς ἐπισιτίζονται πρὸς σοφιστείαν, i. e. plerique interius se induentes in dialecticam ex ea quasi pabulantur et subsidia capiunt factitandae sophisticae.

Sic pag. 127 E. homines gulosos, reluctante corpore et ad quietem trahente cibis se implentes et ad propinationes festinantes, cum metuant ne febris se impransos corripiat, Plutarchus comparat cum civibus obsidione imminente commeatu se instruentibus: 'αλλ' ὅμως αὐτοῦ μονονουχὶ τοῦ σώματος ἀντιτείνοντος καὶ κατασπῶντος ἐπὶ τὸ κλινίδιον καὶ τὴν ἡσυχίαν οἱ μὲν ὑπὸ λαιμαργίας καὶ φιληδονίας ἐμβάλλουσιν ἑαυτοὺς ἐπὶ τὰ βαλανεῖα καὶ σπεύδουσιν ἐπὶ τὰς προπόσεις, ὥσπερ εἰς πολιορκίαν ἐπισιτιζόμενοι καὶ δεδιότες μὴ φθάσῃ καταλαβὼν αὐτοὺς ὁ πυρετὸς ἀναρίστους.

Pag. 708 E. is qui ab alio ad convivium vocatus, omnes suos secum eo adducit comparatur cum duce, ex hostico commeatum petenti: ὁ μὲν οὖν καλούμενος ὑφ' ἑτέρου καὶ καλῶν ἑτέρους, πρῶτον, οἶμαι, τοῦ πλήθους φείδεσθαι δίκαιός ἐστι, μὴ καθάπερ ἐκ πολεμίας ὁμοῦ πᾶσι

τοῖς περὶ αὐτὸν ἐπισιτιζόμενος κ. τ. λ. Cf. pag. 525 C., 125 E.

A munimentis et obsidione scriptor sumpsit metaphoras, velut pag. 558 D., ubi id quod dictum est, munimentum vocat, obiectum hominibus nimis acerbis et ad vituperandum propensis: καὶ ταῦτα μέν, ἔφην, ὥσπερ ἀντιφράγματά σοι κείσθω πρὸς ἄγαν πικροὺς καὶ κατηγορικοὺς ἐκείνους.

Pag. 344 D. de Lymnaeo, Ptolemaeo, aliis, qui in proelio ante regem Alexandrum constiterant, dicit: τεῖχος ἀρετῆς ἦσαν.

Διορύττειν sensu translato positum invenimus pag. 87 C.: διορύττων τὰ βουλευόμενα, i. e. tamquam per cuniculos inquirens in consilia.

Comparatio ab *obsidione* ducta legitur pag. 454 A., ubi Plutarchus, agens de cohibenda ira, dicit remedia adversus iram e philosophia desumpta nobis in animum comportanda esse, sicut obsidionem exspectantes ante hostium adventum necessaria in urbem congerunt: ὥσπερ οἱ πολιορκίαν προςδεχόμενοι συνάγουσι καὶ παρατίθενται τἀπιτήδεια τὰς ἔξωθεν ἐλπίδας ἀπεγνωκότες, οὕτω μάλιστα δεῖ τὰ πρὸς τὸν θυμὸν βοηθήματα πόρρωθεν λαμβάνοντας ἐκ φιλοσοφίας κατακομίζειν εἰς τὴν ψυχήν, ὡς, ὅταν ὁ τῆς χρείας ἀφίκηται καιρός, μὴ ῥᾳδίως παρεισάγειν δυνησομένους. Cf. pag. 87 E., pag. 91 B.

Ad proverbium spectat, quod legimus pag. 41 B.: ὡς γὰρ πολέμου, καὶ ἀκροάσεως πολλὰ τὰ κενά ἐστιν, i. e. ut in bello pauca sunt, quae rem ipsam conficiant, pleraque fiunt opinione et ostentatione, ita etiam in auditione multa inania sunt. De proverbio confer Diogen. VII, 80, ubi adnotat: πολλὰ κενὰ τοῦ πολέμου.

Ἤτοι διὰ τὸ πολλὰ καθ' ὑπόνοιαν φέρειν· ἢ ὅτι Λακεδαιμόνιοι κεναῖς σφενδόναις καὶ νευραῖς ἐψόφουν πρὸς ἔκπληξιν τῶν πολεμίων. Cf. Cic. ad Atticum V, 20, 3.

Pag. 593 C. scriptor dicit deum paucos per se idque raro compellare, plerisque signa suggerere, comparans eum cum rege et duce, qui, fidis et familiaribus ipsi coram sententiam exponentes, eam exteris per faces ardentes, praecones, tubas nuntiant: ὥςπερ γὰρ τῶν βασιλέων καὶ τῶν στρατηγῶν τὴν διάνοιαν οἱ μὲν ἐκτὸς αἰσθάνονται καὶ γιγνώσκουσι πυρσοῖς τισι καὶ κηρύγμασι καὶ ὑπὸ σαλπίγγων, τοῖς δὲ πιστοῖς καὶ συνήθεσιν αὐτοὶ φράζουσιν, οὕτω τὸ θεῖον ὀλίγοις ἐντυγχάνει δι' αὑτοῦ καὶ σπανίως, τοῖς δὲ πολλοῖς σημεῖα δίδωσιν, ἐξ ὧν ἡ λεγομένη μαντικὴ συνέστηκεν.

In vita Eumenis c. 7 pag. 587 B. imaginem sumpsit a proelio navali. Pugnam enim Neoptolemi et Eumenis describens, dicit eorum equos magna vi triremium in morem collisos esse: τῶν ἵππων ἐξ ἐναντίας βίᾳ συμπεσόντων ὥσπερ τριήρων, τὰς ἡνίας ἀφέντας ἀλλήλων ἐπεδράξαντο ταῖς χερσίν, κ. τ. λ.

§ 16. METAPHORAE AB ADMINISTRATIONE REI PUBLICAE, MAGISTRATIBUS, IURISDICTIONE PETITAE.

Pag. 454 B. Plutarchus dicit opus esse ira in se habeat, quo opprimatur, comparatque eam cum munita tyrannide: καὶ γὰρ ὑπερήφανος καὶ αὐθάδης καὶ ὅλως ὑφ' ἑτέρου ὁ θυμὸς δυσκίνητος ὤν, ὥσπερ ὀχυρὰ τυραννὶς ἐξ ἑαυτῆς ἔχειν ὀφείλει σύνοικον καὶ συγγενὲς τὸ καταλῦον.

Et paullo inferius pag. 455 C. iram tamquam tyrannum opprimi ait, si ei non pareamus: ἔστι γάρ τις πρώτη

καθάπερ τυράννου κατάλυσις τοῦ θυμοῦ, μὴ πείθεσθαι μηδ' ὑπακούειν προστάττοντος αὐτοῦ μέγα βοᾶν, κ. τ. λ.

Pag. 748 D. legimus saltationem regnare in theatris, tamquam tyrannum: καὶ γὰρ αὕτη (scil. ἡ ὄρχησις) κρατεῖ θεάτρων, ὥσπερ τύραννος, ὑπήκοον ἑαυτῇ πεποιημένη μουσικὴν ὀλίγου τὴν ἅπασαν.

Pag. 166 D. de superstitioso dicitur: τὴν τῶν θεῶν ἀρχὴν ὡς τυραννίδα φοβούμενος.

Pag. 768 B. amorem cum dictatore noster comparat. Sicut enim Romae, dictatore creato, reliqui omnes magistratus abdicantur, ita, si quem amor dominus invasit, posthac soli paret amori: καθάπερ γὰρ ἐν Ῥώμῃ φασὶ τοῦ καλουμένου δικτάτωρος ἀναγορευθέντος ἀποτίθεσθαι τὰς ἄλλας ἀρχὰς τοὺς ἔχοντας, οὕτως οἷς ἂν Ἔρως κύριος ἐγγένηται, τῶν ἄλλων δεσποτῶν καὶ ἀρχόντων ἐλεύθεροι καὶ ἄφετοι καθάπερ ἱερόδουλοι διατελοῦσιν.

Pag. 789 F. canitiem venerabilem esse dicit, comparans eam cum corona ac diademate: καθάπερ ὁ νόμος τὸ διάδημα καὶ τὸν στέφανον, οὕτω τὴν πολιὰν ἡ φύσις ἔντιμον ἡγεμονικοῦ σύμβολον ἀξιώματος ἐπιτίθησιν.

Pag. 523 A. respicit ad divisionem Atticorum civium in tribus (φυλάς), curias (φρατρίας), gentes (γένη). Dicit enim hoc loco calumniatorum genus e curia curiosorum esse: καὶ γὰρ τὸ τῶν συκοφαντῶν γένος ἐκ τῆς τῶν πολυπραγμόνων φρατρίας ἐστίν.

Pag. 124 E. eos qui cibis, non esurientes ad edendum invitantibus, tum modo utuntur, cum est necesse, comparat cum civibus, qui pecuniam, spectaculis impendi solitam, in usum militiae convertunt: πρῶτον μὲν ὁ Σωκράτης παρακελευόμενος φυλάττεσθαι τῶν βρωμάτων, ὅσα μὴ πεινῶντας ἐσθίειν ἀναπείθει, καὶ τῶν πωμάτων ὅσα πίνειν μὴ

διψῶντας, οὐχ ἁπλῶς τὸ χρῆσθαι τούτοις ἀπηγόρευσεν, ἀλλὰ χρῆσθαι δεομένους ἐδίδασκε καὶ τὸ ἡδὺ κατατάττοντας αὐτῶν εἰς τὸ ἀναγκαῖον, ὥσπερ οἱ τὰ θεωρικὰ ποιοῦντες ἐν ταῖς πόλεσι στρατιωτικά.

Spectant ea verba ad civitatem Atheniensium, ubi Demosthenes brevi tempore ante pugnam ad Chaeroneam factam impetravit, ut a Pericle instituta θεωρικὰ in usum militarem converterentur. Cf. in vita Periclis c. 9 pag. 156 E., 157 A., in vita Aristidis c. 24 pag. 383. E. Harpocr. in voce θεωρικόν.

Pag. 128 F. cruditates, aestus torporesque, quae febrim imminentem nuntiant, Plutarchus comparat cum nuntiis et apparatoribus, metum vocationis in ius iniicientibus: δεῖ μὴ περιμένειν ἀπεψίας καὶ διαρροίας μηδὲ θερμασίας μηδὲ νάρκας, ὑφ' ὧν ἔνιοι μόλις ὥσπερ ὑπ' ἀγγέλων ἢ κλητόρων, πυρετοῦ περὶ θύρας ὄντος ἤδη, θορυβούμενοι συστέλλουσιν ἑαυτούς. Cf. pag. 127 D.: αἱ πλεῖσται (scil. νόσοι) καθάπερ προαγγέλους καὶ προδρόμους καὶ κήρυκας ἔχουσιν ἀπεψίας καὶ δυσκινησίας.

Γραμματοφυλακεῖον, *tabellarium*, metaphorice noster adhibet pag. 520 B., ubi memoriam eorum qui non carminum curiosi sunt, sed vitarum lapsus et mendas colligunt, iniucundum malorum archivum vocat: οἱ τοίνυν πολυπράγμονες οὐ στίχων οὐδὲ ποιημάτων, ἀλλὰ βίων ἀστοχήματα καὶ πλημμελήματα καὶ σολοικισμοὺς ἀναλεγόμενοι καὶ συνάγοντες, ἀμουσότατον καὶ ἀτερπέστατον κακῶν γραμματοφυλακεῖον τὴν ἑαυτῶν μνήμην περιφέρουσιν.

Iam transeamus ad *iurisdictionem.* In vita Arati c. 38 pag. 1045 C. dicit Cleomenem a Phylarcho rerum scriptore ubique defendi, Aratum accusari in historia tamquam in iudicio: ἐνθουσιᾷ γὰρ (scil. ὁ Φύλαρχος) ὅταν

ἄψηται τοῦ Κλεομένους ὑπ' εὐνοίας καὶ καθάπερ ἐν δίκῃ τῇ ἱστορίᾳ τῷ μὲν ἀντιδικῶν, τῷ δὲ συναγορεύων διατελεῖ.

Pag. 46 A. in libello „de recta ratione audiendi" eos qui iure iurando adhibito cum dicentibus opinionem communicant, comparat cum testibus coram iudicibus testimonia dicentibus: σφόδρα δ' ἀηδεῖς εἰσι καὶ οἱ μεθ' ὅρκου τοῖς λέγουσιν ὥσπερ ἐν δικαστηρίῳ τὰς μαρτυρίας ἀποδιδόντες.

Συνήγορος, *causarum patronus*, sensu translato positum occurrit pag. 127 E., ubi de hominibus gulosis, cruditate laborantibus, dicitur: τοὺς δὲ πλείους ἀκρασίᾳ καὶ μαλακίᾳ συνήγορον ἔχουσα τὴν παροιμίαν ἔλπις ἀναπείθει καὶ προάγεται βαδίζειν ἀναστάντας ἰταμῶς ἐπὶ τὴν συνήθειαν, ὡς οἴνῳ δὴ τὸν οἶνον, κραιπάλῃ δὲ τὴν κραιπάλην ἐξελῶντας καὶ διαφορήσοντας.

Ἀκρασίᾳ καὶ μαλακίᾳ est Madvigii correctio (cf. Adversaria Critica pag. 623) pro codicum ἀκρασία καὶ μαλακία. Respicitur ad proverbium πάτταλος τῷ παττάλῳ ἐκκρούεται, *clavus clavo extruditur* (de quo vide supra sub voce ἧλος.); ἐξελῶντας καὶ διαφορήσοντας Wyttenbachius correxit pro codicum ἐξελόντας καὶ διαφορήσαντας.

Pag. 62 B. legimus: φίλος συνήγορος ἀεὶ τῷ χρείττονι τῆς ψυχῆς. Cf. etiam pag. 435 F., 61 D.

Φωρᾶν, *furtum investigare*, Plutarchus tropice usurpat pag. 87 C., 31 C.

Ad iurisdictionem quoque referendum est, quod legimus pag. 360 C.: κενότητα καὶ ἀλαζονείαν προσοφλόντες.

A *carcere* et *vinculis* comparationes sumptae sunt, velut pag. 37 D.: τὰς ἐπιθυμίας ὥσπερ ἐκ δεσμῶν λυθείσας. In vita Arati c. 24 pag. 1038 B. dicitur de Arato: ὥσπερ ἐξ εἱρκτῆς λελυμένῃ τῇ δυνάμει τῶν Ἀχαιῶν ἐφ' ὅ, τι βούλοιτο χρώμενος. Cf. pag. 131 D., 344 F.

Huc quoque referendus est locus in disputatione de fraterno amore, pag. 491 A., ubi amicus ambobus fratribus communis σύνδεσμος τῆς φιλαδελφίας vocatur.

Pag. 140 E. coniugum communitatem augeri noster dicit reciproca benevolentia, sicut vincula alternis nexibus robor accipiunt: ὥσπερ οἱ δεσμοὶ κατὰ τὴν ἐπάλλαξιν ἰσχὺν δι' ἀλλήλων λαμβάνουσιν, οὕτως ἑκατέρου τὴν εὔνοιαν ἀντίστροφον ἀποδιδόντος ἡ κοινωνία σῴζεται δι' ἀμφοῖν.

Pag. 554 D. sceleratum dicit in vita detineri, tamquam in carcere, unde effugere non possit: τὸν πονηρὸν φρουρούμενον ἐν τῷ βίῳ, καθάπερ εἱρκτῇ, μηδεμίαν μετανάστασιν ἐχούσῃ μηδὲ διάφευξιν, εὐωχίας δὲ πολλὰς διὰ μέσου καὶ πραγματείας καὶ δόσεις καὶ χάριτας ἀμέλει καὶ παιδιάς, ὥσπερ ἐν δεσμωτηρίῳ κυβευόντων ἢ πεττευόντων, ὑπὲρ κεφαλῆς τοῦ σχοινίου κρεμαμένου.

Ultima verba „fune super caput pendente" ad Damoclis historiam respiciunt, cui in medio exquisitissimi convivii apparatu, e lacunari gladium fulgentem, seta equina aptum, demitti iussit Dionysius, ut eius cervici impenderet. Cf. Cic. Tusc. V, 21. Horat. Cam. III, 1, 17.

§ 17. Metaphorae ab agricultura et vita rustica ductae.

Agricultura quoque et *vita rustica* complures metaphoras et comparationes Plutarcho suggesserunt. Sic vocabula ἄγροικος, *agrestis*, ἀγροικία, *vita rustica*, passim sensu inhumanitatis, inscitiae, apud nostrum occurrunt, velut pag. 57 C., 66 C., 124 B., 81 E.

Ἀναπολεῖν, quod proprie *denuo versare agrum* significat, sensu secum reputandi, in memoriam revocandi,

reperitur pag. 556 A.: ταῦτ' εἰκὸς τὴν ψυχὴν ἀναπολεῖν ἐν αὐτῇ.

Κεντρίζειν, *boves arantes stimulo* (κέντρῳ) *adhortari*, tropice de laude ponitur pag. 84 C.: ἔπαινος κεντρίζων.

Pag. 529 B. philosophum, qui adolescentium animos excolit, scriptor comparat cum agricola. Sicut enim agricola, silvestrem plantam et inutilem exscindens ligone adacto radicitus proruit, aut igne adhibito cremat, ad vitem autem, malum vel olivam putandi gratia accedens, caute manum admovet, metuens ne quid utile laedat, sic philosophus, agrum animi colens, invidiam, avaritiam, studium voluptatis intemperans, tamquam herbas inutiles et nocentes, radicitus ex animo evellit, nimio autem pudori orationem correctricem applicans, summo studio cavet ne imprudens simul cum vitio verecundiam eiiciat: ὡς γὰρ ὁ γεωργὸς ἄγριον μὲν ἐκκόπτων βλάστημα καὶ ἀγεννές, αὐτόθεν ἀφειδῶς ἐμβαλὼν τὸ σκαφεῖον ἀνέτρεψε τὴν ῥίζαν ἢ πῦρ προςαγάγων ἐπέκαυσεν· ἀμπέλῳ δὲ προςιὼν τομῆς δεομένῃ καὶ μηλέας ἤ τινος ἐλαίας ἁπτόμενος, εὐλαβῶς ἐπιφέρει τὴν χεῖρα, δεδιὼς μή τι τοῦ ὑγιαίνοντος ἀποτυφλώσῃ· οὕτως ὁ φιλόσοφος φθόνον μὲν ἐξαιρῶν νέου ψυχῆς, ἀγεννὲς βλάστημα καὶ δυστιθάσευτον, ἢ φιλαργυρίαν ἄωρον, ἢ φιληδονίαν ἐπικόπτων ἀκόλαστον αἱμάσσει καὶ πιέζει καὶ τομὴν ποιεῖ καὶ οὐλὴν βαθεῖαν· ὅταν δὲ τρυφερῷ μέρει τῆς ψυχῆς καὶ ἁπαλῷ κολούοντα προςαγάγῃ λόγον, οἷόν ἐστι τὸ δυσωπούμενον καὶ διατρεπόμενον, εὐλαβεῖται μὴ λάθῃ τούτοις συναποκόψας τὸ αἰδούμενον.

*Pag. 2 B. educationem puerorum cum agricultura comparat. Indolem solo, magistrum agricolae, seminibus praecepta atque instituta respondere dicit: γῇ μὲν ἔοικεν ἡ φύσις, γεωργῷ δ' ὁ παιδεύων, σπέρματι δ' αἱ τῶν λόγων ὑποθῆκαι καὶ τὰ παραγγέλματα.

Putant agricolae se rosas et violas meliores facere, si allia et cepas iuxta plantent, quod in ea excernitur quidquid alimentis acerbi inest et foetidi. Unde imagine petita pag. 92 B. Plutarchus cum alliis et cepis comparat inimicum qui, ad se pertrahens nostram invidiam malignitatemque, benevolentiores nos amicis reddit: ὥσπερ γὰρ οἱ χαρίεντες γεωργοὶ τὰ ῥόδα καὶ τὰ ἴα βελτίω ποιεῖν νομίζουσι σκόροδα καὶ κρόμμυα παραφυτεύοντες (ἀποκρίνεται γὰρ εἰς ἐκεῖνα πᾶν ὅσον ἔνεστι τῇ τροφῇ δριμὺ καὶ δυσῶδες), οὕτω καὶ ὁ ἐχθρὸς ἀναλαμβάνων καὶ περισπῶν (i. e. detrahens sive pertrahens scil. ad se. Ita enim legendum esse puto cum Herwerdeno Mnem. 1890 pag. 370 pro περιέπων, i. e. tractans, fovens, colens, cuius verbi nulla significatio huc quadrat) τὸ κακόηθες καὶ βάσκανον, εὐμενέστερον παρέξει σε τοῖς φίλοις.

A secernendo tritico ab agrestibus seminibus comparationem petivit philosophus pag. 51 A.: ὥσπερ γὰρ τῶν ἀγρίων σπερμάτων ὅσα καὶ σχῆμα καὶ μέγεθος παραπλήσιον ἔχοντα τῷ πυρῷ συμμέμικται, χαλεπὴν ἔχει τὴν ἀποκάθαρσιν· ἢ γὰρ οὐ διεκπίπτει τῶν στενωτέρων πόρων, ἢ συνεκπίπτει διὰ τῶν εὐρέων (Ita enim cum Herwerdeno Plutarch. pag. 2 legendum est pro διὰ τῶν ἀραιῶν, quod ipsa docet oppositio στενωτέρων), οὕτως ἡ κολακεία τῆς φιλίας, εἰς πᾶν πάθος καὶ πᾶν κίνημα καὶ χρείαν καὶ συνήθειαν ἑαυτὴν καταμιγνύουσα, δυσχώριστός ἐστιν, i. e. quemadmodum agrestia semina, quae tritico permixta eiusdem atque illud sunt figurae ac magnitudinis, difficulter secernuntur, aut enim non excidunt per angustiora cribri foramina aut simul cum tritico ampliora permeant, ita adulatio, omnes affectus, motus, usus ac consuetudines amicitiae imitata, difficulter ab ea secernitur.

θέρος, *messis*, in comparatione legitur pag. 52 D. ubi noster de adulatore dicit: καταχείρεται δ' ὁ πώγων ὥσπερ ἄκαρπον θέρος, i. e. barba adulatoris tondetur veluti infrugifera messis. Quam imaginem a Plutarcho e comoediis sumptam esse putat Wyttenbachius (cf Annot. in Mor. I, pag. 443).

§ 18. Metaphorae a re pecuaria et vita pastoral sumptae.

Paucas tantummodo imagines a vita pastorali et r pecuaria ductas habet Plutarchus.

Verbum βουκολεῖν, proprie *boves pascere* significan *pag. 13 E. sensu translato decipiendi occurrit. Confer potest Theocritus XI, 80, ubi ποιμαίνειν simili trans latione dictum invenitur: ποιμαίνειν ἔρωτα, fallere amorem

Vocabula βόσκειν, βόσκεσθαι, passim, ut ia apud antiquiores scriptores, de hominibus dicuntur.

Ζεῦγος, proprie *de duobus bobus vel equis sub iug coniunctis* dictum, de hominibus usurpatur in vita Caesar c. 5 pag. 709 E.: ζεύγη μονομάχων, in vita Agidis c. pag. 796 C., pag. 93 E.

Σύζυγος, proprie *sub eodem iugo* significans, *pa 11 A. tropice ponitur: ἐνάμιλλα δὲ τούτοις καὶ σύζυ- Θεόκριτος εἶπεν.

A *grege* ducta est comparatio pag. 329 B. Age nempe de rei publicae forma, a Zenone, Stoicae sect auctore, tradita, eam ad unum hoc caput tendere dic Plutarchus, ut non per urbes et pagos habitemus, si guli proprio nobis iure ab aliis distincti, ἀλλὰ (ita pergi πάντας ἀνθρώπους ἡγώμεθα δημότας καὶ πολίτας, εἷς δὲ βί

ῇ καὶ κόσμος, ὥσπερ ἀγέλης συννόμου νόμῳ κοινῷ συντρεφομένης.

Alibi pag. 713 B. imaginem sumpsit a pastorum more pecora sibilis et strepitu vocis inarticulato aut fistulis ac conchis excitandi et rursus sopiendi: ὡς γὰρ τὰ θρέμματα λόγου μὲν οὐ συνίησι διάνοιαν ἔχοντος, σιγμοῖς δὲ καὶ ποππυσμοῖς ἀμελέσιν, ἢ σύριγξι καὶ στρόμβοις ἐγείρουσι καὶ κατευνάζουσι πάλιν οἱ νέμοντες, οὕτως ὅσον ἔνεστι τῇ ψυχῇ φορβαδικὸν καὶ ἀγελαῖον καὶ ἀξύνετον λόγου καὶ ἀνήκοον, μέλεσι καὶ ῥυθμοῖς ἐπιψάλλοντες καὶ καταυλοῦντες εὖ τίθενται καὶ καταπραΰνουσιν (scil. οἱ κιθαρῳδοὶ καὶ αὐληταί).

Metaphorae et comparationes a natura petitae.

---

§ 1. Metaphorae ab animalibus sumptae.

Creberrimae imagines a variis animalium generibus sumptae apud Plutarchum reperiuntur. Primum recenseamus locos, ubi vocabula ζῷον, θηρίον, metaphorico sensu adhibet. Sic pag. 330 B. de Alexandro legimus: ἔθνη δυσκάθεκτα καὶ μαχόμενα καθάπερ ζῷα τιθασεύων, pag. 329 B.: προςφερόμενος τοῖς βαρβάροις ὡς ζῴοις, pag. 93 E.: ἡ φιλία σύννομόν ἐστι ζῷον.

Pag. 462 F. ira cum fera comparatur: οἰκέταις δὲ καὶ πολίταις τὸν θυμὸν ὥσπερ θηρίον ἐφίεμεν. Pag. 1100 D. legitur: θηριωδῶς ζῆν, pag. 133 B.: τὸ κυνικὸν καὶ θηριῶδες τῶν ὀρέξεων κατέχειν. Cf. pag. 809 D., 86 D., 33 F.

Vocabula ἄγριος et ἥμερος, proprie de animalibus dicta, varie transferuntur, veluti ad luctum pag. 609 E.: ἄγρια πένθη, ad tempestates pag. 38 B.: ἀγρίους χειμῶνας, ad homines in vita Caesaris pag. 717 E.

Simili translatione ἀγριοῦσθαι dicitur de vento in

vita Pyrrhi pag. 392 B., de hominibus in vita Periclis pag. 171 A. Cf. etiam pag. 101 A.: διαγριαίνειν τὰ πάθη.

Ἡμεροῦν de urbibus dicitur pag. 328 F., 328 D.

Τίθασος, *cicur*, τιθάσευσις, *cicuratio*, τιθασεύειν, *cicurare*, tropice dicta occurrunt pag. 802 D., 441 E., 61 E., 51 E., in vita Galbae c. 29 pag. 1066 C.

Similiter χειροήθης, *mansuetus*, in metaphora legitur pag. 453 B.: τὸ σφοδρὸν (vehementia) χειρόηθες τῷ λογισμῷ γεγένηται. Cf. pag. 123 B.

Δάκνειν passim tropice positum invenimus v. c. pag. 134 A., 611 B., 91 B., 92 B., 631 E. Cf. pag. 55 E.: ἄδηκτος ὁμιλία, pag. 619 A.: δῆγμα ἔρωτος.

Διαφορεῖν, proprie *devorare* significans, sensu populandi positum reperimus in vita Galbae c. 4 pag. 1054 C.: διαφορεῖν τὰς ἐπαρχίας. Cf. in vita Bruti c. 6. pag. 986 E.

Σπαράττειν, *lacerare*, quod proprie de *bestiis* dicitur, ad homines transfertur pag. 122 C., 653 C., in vita Cimonis pag. 485 C.

Pag. 87 A. Plutarchus stultos homines comparat cum animalibus morbosis et imbecillis, prudentes cum validis et sanis: ὥσπερ γὰρ τὰ ῥωμαλέα τοῖς στομάχοις καὶ ὑγιαινότατα τῶν ζῴων ὄφεις ἐσθίοντα καταπέττει καὶ σκορπίους, οἵ δὲ σιχχοὶ καὶ νοσώδεις ἄρτον καὶ οἶνον προςφερόμενοι ναυτιῶσιν, οὕτως οἱ μὲν ἀνόητοι καὶ τὰς φιλίας διαφθείρουσιν, οἱ δὲ φρόνιμοι καὶ τὰς ἔχθρας ἐμμελῶς χρῆσθαι δύνανται.

In vita Dionis c. 16 pag. 964 C. Dionysius, tempore et convictu assuefactus Platonis consuetudinem sermonesque sustinere, cum fera comparatur, quae tempore consuescit attingere hominem: χρόνῳ δὲ καὶ συνδιαιτήσει, καθάπερ ψαύειν ἀνθρώπου θηρίον, ἐθισθεὶς ὑπομένειν τὴν ὁμιλίαν αὐτοῦ (scil. τοῦ Πλάτωνος).

Aquilae et *leones* in comparatione occurrunt pag. 520 F ubi scriptor ait curiositatem nobis non hebetandam ess vilissimis in rebus, sed ad graves res reservandar sicut leones et aquilae unguibus in ambulando parcur ne ad pugnam debiles hebetesque sint redditi: ὥσπ γὰρ οἱ ἀετοὶ καὶ οἱ λέοντες ἐν τῷ περιπατεῖν συστρέφουσ εἴσω τοὺς ὄνυχας, ἵνα μὴ τὴν ἀκμὴν αὐτῶν καὶ τὴν ὀξύτητ κατατρίβωσιν, οὕτω τὸ πολύπραγμον τοῦ φιλομαθοῦς ἀκμ τινα καὶ στόμωμα νομίζοντες ἔχειν, μὴ καταναλίσκωμεν τοῖς ἀχρήστοις μηδ' ἀπαμβλύνωμεν.

Τράγος, *hircus*, imago est libidinis pag. 139 B., u Plutarchus, praecepta coniugalia proponens, muliere esse dicit, quae cum viris intemperantibus et libidinosi velut cum canibus aut hircis consuescant: γυναῖκας συνού σας τοῖς ἐξ ἀκρασίας καὶ φιληδονίας κεχραμένοις ὥσπερ κυσὶ ἢ τράγοις.

Canis apud antiquos imago est impudentiae et saepius summo cum contemptu ab iis nominatur. Sic iam apud Homerum legimus: κύων ἀναιδής, κύων ἀδεής. Cf. Arist. Nub. 489. Eodem sensu apud nostrum pag. 133 B. invenimus: τὸ κυνικὸν τῶν ὀρέξεων. Cf. etiam pag. 601 E.

Ὑποκάλλειν et ὑποσαίνειν, vocabula proprie de *cane* dicta, sensum adulandi induunt pag. 530 E., 65 C.

Ἐξυλακτεῖν, *latrare*, de hominibus dicitur sensu invehendi in aliquem pag. 39 B., in vita Arati c. 50 pag. 1050 C.

Saepe canes cum latratu homines persequuntur. Unde scriptor imaginem petivit pag. 551 C.: αἱ δικαιώσεις κυνὸς δίκην ἐφυλακτοῦσαι κατακολουθοῦσι τοῖς ἁμαρτήμασιν.

Pag. 68 D. cum canibus ignavis confert eos qui in mensa tantum libere lo[illegible] [illegible]unt, dum sobrii

libertate abstineant: ἄνανδρόν ἐστιν ἐν τῷ νήφειν ἀπαρρησίαστον ὄντα παρρησιάζεσθαι παρὰ τράπεζαν ὥσπερ οἱ δειλοὶ κύνες.

De *cane*, libidinis imagine, vide supra sub voce τράγος.

Ἵππος, *equus*, in comparatione occurrit pag. 338 C., ubi scriptor tyrannos, alias super alias uxores ducentes, equorum instar in mulierum armentis promiscue versari dicit: ὥσπερ ἐν ἀγέλαις γυναικῶν ἀνέδην διημερευόντων.

Φρύαγμα, *fremitus equorum*, pro arrogantia, ferocia usurpatur *pag. 1 C.: φρυάγματος ἐμπίμπλανται καὶ μεγαλαυχίας οἱ γονέων διασήμων. Cf. pag. 754 C., ubi ait philosophus iuvenes vix longo temporis decursu ferociam libidinemque exuere: μόλις ἐν χρόνῳ πολλῷ τὸ φρύαγμα καὶ τὴν ὕβριν ἀφιᾶσιν. De reliquis imaginibus ab equis ductis vide § 7 pag. 34 sqq.

Λαγωοί, *lepores*, scriptori comparationis ansam dederunt in vita Arati c. 26 pag. 1039 B., ubi tyrannorum paucos leporum instar violentam mortem effugere dicit: ὀλίγοι τὸν ἐκ πληγῆς θάνατον ὥσπερ οἱ λαγωοὶ διέφυγον.

A *porcis* imaginem noster deprompsit pag. 716 E., ubi homines qui in convivio silentes cibo se impleant, tamquam porcos agere dicit: σιωπῶντας μὲν γὰρ ἐμπίμπλασθαι μετ' ἀλλήλων, κομιδῇ συῶδές ἐστιν.

Alibi pag. 535 F. eos qui adulterinis a laudibus non caveant cum subus comparat, cum, sicut porci pruritu et titillatione, ita adulatione deleniantur et se tractari patiantur ex voluntate adulatorum: καὶ μὴν ἔπαινόν γε κίβδηλον ὄντα παντάπασι δεῖ φυλάττεσθαι καὶ μὴ πάθος πάσχειν ὑῶδες, ὑπὸ κνησμοῦ καὶ γαργαλισμοῦ παρέχοντα χρῆσθαι ῥᾷστα τῷ δεομένῳ καὶ καταβάλλειν ἑαυτὸν ὑποκατακλινόμενον.

Μῦς, *mus*, comparationem nostro suppeditavit pag. 526 B. Comparantur ibi avari, per vitam nihil liberidantes, cum muribus qui, in metallis chrysitidem vorantes, aurum non reddunt nisi mortui et dissecti: ζῶντε (scil. οἱ φιλόπλουτοι) τοῖς παισὶν οὐδὲν μεταδιδόασιν, ἀλλ' ὥσπερ τῶν μυῶν τῶν ἐν τοῖς μετάλλοις τὴν χρυσῖτιν ἐσθιόντων οὐκ ἔστι τοῦ χρυσίου μεταλαβεῖν, εἰ μὴ νεκρῶν γενομένων καὶ ἀνατμηθέντων.

Iam videamus, quas imagines Plutarchus ab *avibus* petierit.

Πτεροῦσθαι, *alatum esse*, de hominibus alacribus usurpat in vita Artaxerxis c. 24 pag. 1024 B., de amanti pag. 766 B. Cf. etiam pag. 589 A.

Ὠκύπτερα, *alae veloces*, (vernaculo sermone: *slagpennen)* in comparatione occurrunt pag. 752 F., ubi ait scriptor prudentes maritos ipsos, tamquam alas, uxorum praecidere nimias divitias, quibus elatae saepe avolent: ὅθεν οἱ νοῦν ἔχοντες αὐτοὶ περικόπτουσιν ὥσπερ ὠκύπτερα τῶν γυναικῶν τὰ περιττὰ χρήματα, ὑφ' ὧν ἐπαιρόμεναι πολλάκις ἀποπέτονται.

Pag. 48 A. homines, semper de eadem re interrogantes, comparantur cum implumibus pullis, semper ad alienum os hiantibus: πολλάκις ἐκπυνθανόμενοι περὶ τῶν αὐτῶν, ὥσπερ ἀπτῆνες νεοσσοὶ κεχηνότες ἀεὶ πρὸς ἀλλότριον στόμα. Respicit h. l. Plutarchus ad Il. IX, 323:

ὡς δ' ὄρνις ἀπτῆσι νεοσσοῖσι προφέρῃσι
μάστακ', ἐπεί κε λάβῃσι, κακῶς δ' ἄρα οἱ πέλει αὐτῇ.

In docentis descriptione pag. 80 A. imaginem Homericae avis similiter secutus est: οὐδὲν ὁ τοιοῦτος σοφιστὴς διαφέρει τῆς Ὁμηρικῆς ὄρνιθος, ὅτι ἂν λάβοι τοῖς μαθηταῖς ὥσπερ ἀπτῆσι νεοσσοῖς διὰ τοῦ στόματος προςφέρων,

„κακῶς δέ τέ οἱ πέλει αὐτῷ", μηδὲν εἰς ὄνησιν οἰκείαν ἀναδιδόντι, μηδὲ καταπέττοντι τῶν λαμβανομένων.

Eadem comparatio apud Iuvenalem Sat. X, 230 extat, ubi de sene legitur:

ipse ad conspectum coenae diducere rictum
suetus hiat tantum ceu pullus hirundinis, ad quem
ore volat pleno mater ieiuna.

Γύψ, *vultur*. Solent vultures ad odorem carnis putidae ferri, puram et sanam non sentientes. (Cf. Aelian. Nat. Anim. III, 7. IV, 18.) Unde imaginem petivit noster pag. 87 D., ubi inimicos et osores, imprimis vitia nostra aggredientes, dum virtutes intactas relinquunt, comparat cum vulturibus, carne pura et sana relicta statim ad putidam se convertentibus: καθάπερ οἱ γῦπες ἐπὶ τὰς ὀσμὰς τῶν διεφθορότων σωμάτων φέρονται, τῶν δὲ καθαρῶν καὶ ὑγιαινόντων αἴσθησιν οὐκ ἔχουσιν, οὕτω τὰ νοσοῦντα τοῦ βίου καὶ φαῦλα καὶ πεπονθότα κινεῖ τὸν ἐχθρὸν καὶ πρὸς ταῦθ' οἱ μισοῦντες ᾄττουσι καὶ τούτων ἅπτονται καὶ σπαράττουσιν. Cf. pag. 1096 A.

Ἀλκυών, *alcyon*. Alcyonibus incubantibus mare tranquillum esse videri antiquis (unde *dies alcyonii* dicti) nota res est. Cf. Arist. Hist. Anim. V, 8. Aelian. Nat. Anim. I, 36. Plut. de Sollert. Anim. pag. 982 F. Unde petita est comparatio quae legitur pag. 126 D.: ἡ δ' ὑγίεια ταῖς ἡδοναῖς, ὥσπερ ἡ γαλήνη ταῖς ἀλκυόσιν, ἀσφαλῆ καὶ καλὴν γένεσιν καὶ λοχείαν ἐνδίδωσιν.

Κολοιοί, *graculi*. Graculi gregatim vivere solent, unde imago sumpta est pag. 93 E.: φιλία οὐκ ἔστι ζῷον κολοιῶδες. Cf. pag. 619 A.

Νυκτερίδες, *vespertiliones*, in comparatione occurrunt pag. 567 E., ubi animae, a se invicem pendentes, com-

parantur cum apibus et vespertilionibus: ἐνίαις δὲ (sc. ψυχαῖς) καὶ πολλὰς ἅμα τῶν ἐκγόνων ἔλεγε συνηρτῆσθαι, καθάπε[r] μελίττας ἢ νυκτερίδας ἀτεχνῶς ἐχομένας καὶ τετριγυίας ὑπὸ μν[ή]μης καὶ ὀργῆς, ὧν ἔπαθον δι' αὐτάς. Sumpsit Plutarchus han[c] imaginem a personato Homero, qui ita procorum animas [a] Mercurio ad inferos deduci facit. Cf. Odyss. XXIV, 5—1[0]

ὡς ὅτε νυκτερίδες μυχῷ ἄντρου θεσπεσίοιο
τρίζουσαι ποτέονται, ἐπεί κέ τις ἀποπέσῃσιν
ὁρμαθοῦ ἐκ πέτρης, ἀνά τ' ἀλλήλῃσιν ἔχονται,
ὣς αἱ τετριγυῖαι ἅμ' ἤισαν, ἦρχε δ' ἄρα σφιν
Ἑρμείας ἀκάκητα κατ' εὐρώεντα κέλευθα.

Ἀλεκτρυών, *gallus*, pag. 794 D. hanc nostro com[-] parationem suggerit: δεῖ τὸν πρεσβύτην ἐν ἐκκλησίᾳ μ[ὴ] δίκην ἀλεκτρυόνος ἀντᾴδειν τοῖς φθεγγομένοις.

Pag. 516 D. curiosus, in medio sitos sermones et historias, et de quibus nemo prohibet aut indignatur quaeri, praeteriens, occultata vero mala cuiusque familiae colligens, comparatur cum gallina, quae saepe, multo proposito alimento, in angulum aliquem domus sese subducit, ubi vel in sterquilinio unicum apparet hordei granum: ὡς γὰρ ὄρνις ἐν οἰκίᾳ πολλάκις τροφῆς πολλῆς παρακειμένης εἰς γωνίαν καταδῦσα σκαλεύει „ἔνθα γέ που διεφαίνεθ' ἅτ' ἐν κοπρίῃ μία κριθή," παραπλησίως οἱ πολυπράγμονες, ὑπερβάντες τοὺς ἐν μέσῳ λόγους καὶ ἱστορίας καὶ ἃ μηδεὶς κωλύει πυνθάνεσθαι μηδ' ἄχθεται πυνθανομένοις, τὰ κρυπτόμενα καὶ λανθάνοντα κακὰ πάσης οἰκίας ἐκλέγουσιν. C. F. Hermann, Rein. Mus. 1846 pag. 456 legendum esse putat κατὰ πάσας οἰκίας. Quae coniectura, ut mihi quidem videtur, est admodum probabilis. Curiosi enim potissimum occultata et latentia sciscitari conantur, quae tamen non per se mala esse debent.

Μέλιτται, *apes*. Notus est mellariorum mos apes fumo abigendi, quo facilius iis mel subducant. Cf. Verg. Georg. IV, 228 sqq. Quem ad morem alludit Plutarchus in comparatione pag. 595 F., ubi Diotonum ita coniuratos Thebanos adhortantem fingit: βέλτιον εἶναι προςελθόντας ἐν ὑπαίθρῳ συμπλέκεσθαι πρὸς [ἀλλήλους] (cf. Herwerdenum Mnem. 1891 pag. 292) ἀσυντακτοὺς καὶ σποράδας ἢ μένειν ἐν οἰκίσκῳ καθείρξαντας αὐτούς, ὥσπερ σμῆνος ἐξαιρεθησομένους ὑπὸ τῶν πολεμίων. Cf. pag. 42 C.

Pag. 601 C. in disputatione „de exilio" dicit philosophus nos, uno loco expulsos, maerere, tamquam formicas aut apes, si uno nido aut alveari exciderint: ἡμεῖς, ὥσπερ μύρμηκες ἢ μέλιτται μυρμηκιᾶς μιᾶς ἢ κυψέλης ἐκπεσόντες, ἀδημονοῦμεν.

Strepitus in alveari Plutarcho comparationis ansam dedit pag. 824 A., ubi civitatem confert cum apum alveari: οἱ μὲν ἔμπειροι θεραπείας καὶ τροφῆς μελιττῶν τὸν μάλιστα βομβοῦντα τῶν σίμβλων καὶ θορύβου μεστὸν τοῦτον εὐθηνεῖν καὶ ὑγιαίνειν νομίζουσιν· ᾧ δὲ τοῦ λογικοῦ καὶ πολιτικοῦ σμήνους ἐπιμέλειαν ἔχειν ὁ θεὸς ἔδωκεν, ἡσυχίᾳ μάλιστα καὶ πρᾳότητι δήμου τεκμαίρεται εὐδαιμονίαν.

Bombum apum in comparatione scriptor adhibet pag. 567 E.: ψυχὰς καθάπερ μελίττας τετριγυίας.

Pag. 461 A. continuas et crebras ac paullatim in animo collectas iras, quas sui amor et morositas cum luxu mollitieque iuncta nobis ingenerant, confert cum apum aut vesparum examine: καὶ μὴν τάς γε συνεχεῖς καὶ πυκνὰς καὶ κατὰ μικρὸν ἐν τῇ ψυχῇ συλλεγομένας ὀργὰς μάλιστα φιλαυτία καὶ δυσκολία μετὰ τρυφῆς καὶ μαλακίας οἷον σμῆνος ἢ σφηκιὰν ἡμῖν ἐντίκτουσιν.

Pag. 145 B. maritus, optima quaeque undique uxori

colligens, comparatur cum ape: τῇ γυναικὶ πανταχόθεν τὸ χρήσιμον συνάγων ὥσπερ αἱ μέλιτται.

Pag. 467 C. homines prudentes, e rebus adversissimis saepe conveniens aliquid et commodum decerpentes, comparantur cum apibus, quibus mel praebet thymus, acerrima et aridissima herba: οἱ δὲ φρόνιμοι, καθάπερ ταῖς μελίτταις φέρει μέλι τὸ δριμύτατον καὶ ξηρότατον ὁ θύμος, οὕτως ἀπὸ τῶν δυσχερεστάτων πολλάκις πραγμάτων οἰκεῖόν τι καὶ χρήσιμον αὑτοῖς λαμβάνουσιν.

Pag. 144 D. Plutarchus respicit ad opinionem, apes aversari recentes a re venerea homines. Cf. Aelian. Nat. Anim. V. 11: ἔστι δὲ καὶ σωφροσύνην ἀκροτάτη (scil. ἡ μέλιττα), χλιδὴν γοῦν καὶ θρύψιν μεμίσηκε· καὶ τὸ μαρτύριον· τὸν χρισάμενον μύρῳ διώκει τε καὶ ἐλαύνει, ὡς πολέμιον ἀνήκεστα δράσαντα· οἶδε δὲ καὶ τὸν προςελθόντα ἐξ ἀκολασίας καὶ ὁμιλίας τῆς πρός τινα, καὶ διώκει ἐκεῖνον οἷα δήπου ἔχθιστον. Dicit nempe nobis puris intactisque meretricum consuetudine ad uxores accedendum esse, sicut ad apes solemus, quas creditum est irritari et pugnare, si quis eas re cum muliere habita aggrediatur: ἄδικόν ἐστι μή, καθάπερ ταῖς μελίτταις, αἳ δοκοῦσι δυσχεραίνειν καὶ μάχεσθαι τοῖς μετὰ γυναικῶν γενομένοις, ἁγνοὺς καὶ καθαρεύοντας ἑταιρῶν (ita enim lectionem codicum ἑτέρων Larsenius in Studiis Criticis in Plut. Mor. pag. 138, ut mihi quidem videtur recte, corrigit propter praecedens vocabulum ἑταίραις.) συνουσίας προςιέναι ταῖς γυναιξίν.

Non satis perspicua est comparatio, quam legimus pag. 344 E.: οὐ γὰρ διὰ τύχην ἀγαθῶν βασιλέων ἑταῖροι προαποθνήσκουσιν ἑκουσίως καὶ προκινδυνεύουσιν, ἀλλ' ἔρωτι τῆς ἀρετῆς, ὥσπερ ὑπὸ φίλτρων μέλιτται, τῷ ἄρχοντι προςέρχονται καὶ προςπεφύκασιν. Comparantur ergo ii qui, virtutis

armore commoti, principi periclitanti se adiungunt cum apibus qui philtris alliciuntur. At mihi nihil de tali apum more cognitum est nec quidquam usquam reperire potui, quod hanc Plutarchi sententiam confirmet. Itaque mihi persuasum est vocabula ὥσπερ ὑπὸ φίλτρων μέλιτται vitio laborare et sententiam postulare ὥσπερ ὑπ' ἀνθέων μέλιτται aut tale quid.

Rex apum in comparatione occurrit pag. 813 D., ubi dicit scriptor civilem virum naturae ratione semper esse principem civitatis, sicut regem inter apes: φύσει μὲν οὖν ἄρχων ἀεὶ πόλεως ὁ πολιτικὸς ὥσπερ ἡγεμὼν ἐν μελίτταις.

Porro comparationes ab apibus ductae inveniuntur pag. 79 C., 30 D., 32 E., 765 D., 138 D.

Σφῆκες, *vespae*. Pag. 96 B. alludens ad oraculum Timesiae Clazomenio, Abderae conditori, datum: „σμῆνα μελισσάων τάχα τοι καὶ σφῆκες ἔσονται" dicit Plutarchus: οὕτως οἱ φίλων ζητοῦντες ἑσμὸν ἔλαθον ἐχθρῶν σφηκιαῖς περιπεσόντες, i. e. amicorum gregem quaerentes, incauti in examina, tamquam vesparum, sic inimicorum incidunt. Cf. pag. 461 A.

Μυῖαι, *muscae*. Pag. 473 E. homines qui, rerum iucundarum obliti, molestas semper recordantur, cum muscis confert, in speculis de levi superficie delabentibus asperitatibus autem ac fissuris inhaerentibus: κἀκεῖνο μᾶλλον (scil. τὴν εὐθυμίαν ἐπιταράσσει), ὅταν, ὥσπερ αἱ μυῖαι τῶν λείων τόπων ἐν τοῖς κατόπτροις ἀπολισθάνουσι, ταῖς δὲ τραχύτησι προςέχονται καὶ ταῖς ἀμυχαῖς, οὕτως ἄνθρωποι τῶν ἱλαρῶν καὶ προςηνῶν ἀπορρέοντες ἐμπλέκωνται ταῖς τῶν ἀηδῶν ἀναμνήσεσι.

Κάνθαρος, *cantharus*. Pag. 710 E. is qui innoxias omnino voluptates abominatur cum cantharo, unguenta

aversanti, confertur: τὰς ἀβλαβεστάτας ἡδονάς, ὥσπερ οἱ κάνθαροι τὰ μύρα, βδελυττόμενος. Cf. pag. 1096 A.

Pag. 473 E. Plutarchus homines qui, ubi in malorum commemorationem inciderunt, inde se revocare et recreare nolunt comparat cum cantharis qui, ubi in „cantharolethrum" inciderunt, exire inde nequeunt perpetuoque circumversione pereunt: κἀκεῖνο μᾶλλον (scil. ἡ εὐθυμία ἐπιταράσσει), ὅταν, ὥσπερ ἐν Ὀλύνθῳ τοὺς κανθάρους λέγουσιν, εἴς τι χωρίον ἐμβάλλοντας ὃ καλεῖται „κανθαρώλεθρον", ἐκβῆναι μὴ δυναμένους ἀλλ' ἐκεῖ στρεφομένους καὶ κυκλοῦντας ἐναποθνήσκειν, οὕτως εἰς τὴν τῶν κακῶν μνήμην ὑπορρυέντες (scil. ἄνθρωποι) ἀνενεγκεῖν μὴ θέλωσι μηδ' ἀναπνεῦσαι. Causa non est, cur cum Bernardaki in editione sua ἐμβάλλοντας mutemur in ἐμβαλόντας. Sermo enim est de re identidem repetita. (Cf. Herwerdenum Mnem. 1891 pag. 287.)

Κ α ν θ α ρ ί ς, insectum quoddam frugibus nocens (vide Plat. Comic. apud Schol. Arist. Pac. 72. Aristot. Hist. Anim IV, 7) in comparatione occurrit pag. 537 F., ubi scriptor ait invidiam maxime adoriri bonos, comparans eam cum cantharidibus, maxime adultis iam frugibus et rosis florentibus incumbentibus: καθάπερ αἱ κανθαρίδες ἐμφύονται μάλιστα τῷ ἀκμάζοντι σίτῳ καὶ τοῖς εὐθαλέσι ῥόδοις, οὕτως ὁ φθόνος ἅπτεται μάλιστα τῶν χρηστῶν.

Μ ύ ρ μ η κ ε ς, *formicae*. De assiduo formicarum labore imaginem sumpsit pag. 525 E., ubi divitiarum cupiditatem eorum qui difficilia omnia perferant ad plura adipscenda nec partis divitiis fruantur, formicariam vocat: ταῦτα πρὸς τὴν ὀνώδη καὶ μυρμηκώδη λέγω ταύτην φιλοπλουτίαν. *Asininam* eam divitiarum cupiditatem vocat, alludens ad balneatoris asinum supra

memoratum qui, ligna et malleolos identidem apportans, fumo semper et favilla oppletus, minime fruitur lavacro, calore munditiaque.

Τέττιγες, *cicadae.* Ex cicadarum more semen dimittendi in scillam aut tale quid imaginem petivit Plutarchus pag. 767 D., ubi homines qui, non amore ducti sed solum liberorum procreandorum causa matrimonium ineunt neque uxoris amorem curant, confert cum cicadis, semen in scillam dimittentibus: οἱ μέν, παίδων δεόμενοι μᾶλλον ἢ γυναικῶν, ὥσπερ οἱ τέττιγες εἰς σκίλλαν ἤ τι τοιοῦτον τὴν γονὴν ἀφιᾶσιν, οὕτω διὰ τάχους οἷς ἔτυχε σώμασιν ἐναπογεννήσαντες καὶ καρπὸν ἀράμενοι χαίρειν ἐῶσιν ἤδη τὸν γάμον ἢ μένοντος οὐ φροντίζουσιν οὐδ' ἀξιοῦσιν ἐρᾶν οὐδ' ἐρᾶσθαι.

Ἀράχναι, *araneae.* Pag. 358 F. scriptor imaginem ab araneis petivit. Comparantur nempe poëtae et fabularum scriptores, ex se ipsis gignentes historias nullo fundamento innixas easque pertexentes, cum araneis, filum ex se ipsis ducentibus. Verba loci valde corrupti sunt haece: ὅτι δ' οὐκ ἔοικε ταῦτα κομιδῇ μυθεύμασιν ἀραιοῖς καὶ διακένοις πλάσμασιν, οἷα ποιηταὶ καὶ λογογράφοι καθάπερ οἱ ἀράχναι γεννῶντες ἀφ' ἑαυτῶν ἀπαρχὰς ἀνυποθέτους ὑφαίνουσι καὶ ἀποτείνουσιν, ἀλλ' ἔχει τινὰς ἀπορίας καί παθῶν διηγήσεις, αὐτῇ.

Primum omnes criticos offendit vocabulum αὐτῇ. Recte iam Squirius et Reiskius animadverterunt post αὐτή (pro αὐτῇ) interiisse verbum. Squirius dedit ὁρᾷς, Reiskius οἶσθα. Wyttenb. δείξει αὐτό. Baxter οἴομαι δεῖν, dum ἔχειν scribit quod est in nonnullis codicibus. Nuper Stegmannus Nov. Ann. 1890 Vol. 141, pag. 200 proposuit αὐτὴ καθορᾷς, qua lectione hiatus vitatur. Sed videtur in ceteris quoque locus esse corruptus. Baxter et Bentley pro ἀπαρχὰς ἀνυποθετούς

dederunt ἀπ' ἀρχῆς ἀνυποθέτου, quam lectionem Wyttenbachius, Parthey, Bernardakis receperunt. Qua tamen in lectione fit hiatus, quem Bernardakis tollit legendo συνυφαίνουσι pro ὑφαίνουσι. Stegmannus minorem mutationem vult. Legit γεννῶντες ἀφ' ἑαυτῶν ἀρχὰς ἀνυποθέτους (i. e. indem sie grundlose Stoffe aus sich selbst erzeugen) stabilitque hanc coniecturam loco ex Platonis Re Publica pag. 510 B. Postremo vocabulum ἀπορίας secundum Stegmannum non recte se habet. ὑπονοίας quod Markland proposuerat reiicit ut longius recedentem a codicum vestigio, Reiskii autem et Wyttenbachii coniecturam ἱστορίας probat, si modo codicibus nititur. Si non, scribere mavult ἀπόρ⟨ους ἱστορ⟩ίας. Mutare cum Holwerda παθῶν διηγήσεις (Cf. Holw. „De disp. verb. in ling. Graec. et Lat." Traiecti ad Rhenum 1878, pag. 106 qui legit λόγων διαφάσεις) opus esse negat. Retinet παθῶν διηγήσεις, dum confert pag. 1093 B., ubi etiam coniunguntur ἱστορίαι et διηγήσεις (ἱστορίαι = narratiunculae. cf. pag. 78 F.) Totum locum ita vertit: „Das diese Erzählungen nicht durchweg (κομιδῇ) luftigen und eitlen Erdichtungen gleichen, wie sie Dichter und Logographen nach Art der Spinnen zusammenweben und ausdehnen, indem sie grundlose Stoffe aus sich selbst erzeugen, sondern nur einige wunderliche Erzählungen und Darstellungen von Erreichnissen enthalten, das siehst du selbst."

Χαμαιλέων, *lacertae genus*, subinde et cauda et oculis et toto corpore colorem mutans, reddensque semper quem proxime attingit, praeter rubrum candidumque (Cf. Plin. Hist. Nat. VIII, 51. Plut. Quaest. Nat. pag. 916 F. Aelian. Nat. Anim. II, 14), comparationem nostro

suggessit pag. 53 D., ubi adulatorem cum chamaeleonte confert: ὁ δὲ κόλαξ ἀτεχνῶς τὸ τοῦ χαμαιλέοντος πέπονθεν. ἐκεῖνός τε γὰρ ἁπάσῃ χρόᾳ πλὴν τοῦ λευκοῦ συναφομοιοῦται, καὶ ὁ κόλαξ ἐν τοῖς ἀξίοις σπουδῆς ὅμοιον ἑαυτὸν ἐξαδυνατῶν παρέχειν, οὐδὲν ἀπολείπει τῶν αἰσχρῶν ἀμίμητον.

Item in vita Alcibiadis c. 23 pag. 203 B. Alcibiades dicitur ipso chamaeleonte in mutanda forma celerior fuisse: ὀξυτέρας τρεπόμενος τροπὰς τοῦ χαμαιλέοντος.

A *serpentibus* quoque Plutarchus subinde imagines deprompsit. Sic pag. 564 E. dicit nonnullas umbras nigris notis viperarum instar compunctas esse: ἄλλους, ὥσπερ οἱ ἔχεις, μελάσμασι κατεστιγμένους.

Iterum comparationem a viperis ductam habet pag. 567 B., ubi ait animas binas, ternas aut etiam plures complicatas esse: ψυχάς, ὥσπερ τὰς ἐχίδνας, περιπεπλεγμένας σύνδυο καὶ σύντρεις καὶ πλείονας.

Pag. 517 F. curiositatem, omnino in malis versantem, comparat cum serpente, semper in letali degenti materia: εἰ δεῖ πάντως τὸ περίεργον ἐν φαύλοις τισὶν ὥσπερ ἑρπετὸν ἐν θανασίμοις ὕλαις ἀεὶ νέμεσθαι καὶ διατρίβειν, κ. τ. λ.

Denique imago a serpente petita est in vita Arati c. 26 pag. 1039 C., ubi tyrannus Aristippus, e cubiculo descendens, cum serpente, ex antro prorepenti, confertur: τύραννον ὥσπερ ἑρπετὸν ἐκ φωλεοῦ κατερχόμενον.

Aliorum quoque animalium antra in comparatione reperiuntur pag. 169 E., ubi superstitiosi dicuntur ire ad templa delubraque deorum, non aliter quam si ad ursorum caveas aut draconum foveas cetorumve specus irent: τότε γὰρ ἀθλιώτατα καὶ κάκιστα πράττουσιν οἱ δεισιδαίμονες, ὥσπερ ἄρκτων φωλεοῖς ἢ χειαῖς δρακόντων ἢ μυχοῖς κητῶν τοῖς μὲν θεῶν μεγάροις ἢ ἀνακτόροις προσιόντες.

"Ἑλμιγξ, *taenia*, pag. 524 D. est imago insatiabilis cupiditatis: ἣν (scil. φιλοπλουτίαν) ἂν μή τις ἐξέληται τῆς ψυχῆς, ὥσπερ ἕλμιγγα πλατεῖαν, οὐ παύσονται δεόμενοι τῶν περιττῶν [τουτέστιν ἐπιθυμοῦντες ὧν οὐ δέονται]. Verba τουτέστι— δέονται haud dubie spuria sunt. Cf. Herwerdenum Mnem. 1891 pag. 288. ἕλμιγγα πλατεῖαν Bernardakis est coniectura pro obscuro ἕλιγμα πλάγιον. C. F. Hermann. Rein. Mus. 1846, pag. 456 legere proponit ἕλιγμά τι ἀλγεινόν, dum confert Soran. de signis fract. pag. 45, ubi ἕλιγμα de fractura vel laesione cranii usurpatur. Mihi tamen emendatio Bernardakis probabilior esse videtur. Nam taenia tamquam imagine insatiabilis cupiditatis usurpata omnia recte se habere puto.

Θρῖπες, *teredines*. Pag. 49 B. Plutarchus adulatores cum teredinibus comparat. Dicit nempe adulatores plerumque a generosis, frugi placidisque ingeniis recipi et ali, sicut teredines potissimum in lignis teneris et dulcibus vivunt: ὥσπερ οἱ θρῖπες ἐνδύονται μάλιστα τοῖς ἁπαλοῖς καὶ γλυκέσι ξύλοις, οὕτω τὰ φιλότιμα τῶν ἠθῶν καὶ χρηστὰ καὶ ἐπιεικῆ τὸν κόλακα δέχεται καὶ τρέφει προσφυόμενον. In nonnullis codicibus legitur ἐμφύονται, quod Wyttenbachius praefert, quia teste Theophrasto Hist. Plant. V, 5. IX, 15 teredo in ipsa radice nascatur. Cf. Wytt. Annot. in Mor. I pag. 421.

Σηπία, *sepia*. Notum est sepiam, cum capi periclitatur, atrum liquorem emittere, ut piscatoris oculos effugiat. Cf. Cic. de Nat. Deor. II, 50. Plut. de Sollert. Anim. pag. 978 B. Unde imaginem petivit philosophus pag. 565 C., ubi lividum colorem, quo malevolentia animam tingit, confert cum atramento, quo mare tingit sepia: κακόνοια τὸ ἰῶδες ἀφίησιν, ὥσπερ αἱ σηπίαι τὸ μέλαν.

Σκολόπενδραι, *scolopendrae.* A scolopendrarum more hamo vorato se invertendi imaginem sumpsit noster pag. 567 B.: ὅσοι δὲ πρόσχημα καὶ δόξαν ἀρετῆς περιβαλόμενοι διεβίωσαν κακίᾳ λανθανούσῃ, ἠνάγκαζον ἕτεροι περιεστῶτες ἐκτρέπεσθαι τὰ ἐντὸς ἔξω τῆς ψυχῆς ἰλυσπωμένους παρὰ φύσιν καὶ ἀνακαμπτομένους, ὥσπερ αἱ θαλάττιαι σκολόπενδραι, καταπιοῦσαι τὸ ἄγκιστρον, ἐκτρέπουσιν ἑαυτάς.

Ὄστρεον, *conchylium,* pag. 135 B. in comparatione invenitur: ὀστρέου τινὸς ζωῇ προςεοικός ἐστι τὸ ἀμετάστατον τοῦτο, i. e. illud immutabile genus vivendi simile est conchylii vitae. Eandem comparationem habet Plato in Phileb. pag. 76 E., in Phaedr. pag. 346 D.

Πουλύπους, *polypus.* Polypi secundum Aelianum Var. Hist. I, 1 sub scopulis latitantes sedent et eorum colorem induunt atque idem cum scopulis esse videntur. Cum igitur pisces, tamquam ad scopulos, ita ad polypos adnatant, illi suis cirris, ut retibus, imprudentes implicant. Cf. etiam Plut. de Sollert. Anim. pag. 978 E. Unde Plutarchus pag. 52 F. adulatoris mutationes cum polypi conversionibus comparat: τὰς δὲ τοῦ κόλακος ὥσπερ πουλύποδος τροπὰς ῥᾷστα φωράσειεν ἄν τις κ. τ. λ.

Huc pertinet etiam comparatio pag. 51 D., ubi legimus· ἔστι μὲν οὖν διὰ ταῦτα δυσφώρατος ὁ ἀνὴρ (scil. ὁ κόλαξ), ὥσπερ τῶν θηρίων ὅσα πεφυκότα τὴν χρόαν τρέπεσθαι συναφομοιοῦται τοῖς ὑποκειμένοις χρώμασι καὶ χωρίοις. Eandem comparationem habet Eupolis: ἀνὴρ πολίτης πουλύπους ἐς τοὺς τρόπους. Locutio πουλύποδος τροπαὶ proverbii vim accepit. Cf. Diogen. I, 23. Zenob. I, 24.

A cirris polypi imaginem noster deprompsit pag. 61 D., ubi ait adulatorem curiositatem, calumnias malignitatemque suam, velut polypum cirros, in ipsas usque domus

et gynaecea protendere: ὁ κόλαξ εἰς τὰ δωμάτια καὶ τὴν γυναικωνῖτιν, ὥσπερ πλεκτάνας, ἐκτείνει τὸ πολύπραγμον καὶ διάβολον καὶ κακόηθες.

§ 2. METAPHORAE A SATIS ET HERBIS PETITAE.

Permultas metaphoras et comparationes scriptor noster hausit ex iis rebus, quae ad arbores herbasque pertinent. Sic βλαστάνειν, *germinare*, metaphorice usurpatum occurrit pag. 584 D. de cupiditatibus: ἐπιθυμίαι βλαστάνουσαι, pag. 562 A. de malitia: κακία βλαστάνουσα ἐν νέῳ ἤθει, in vita Arati c. 3 pag. 1028 B. de corpore Arati legitur: βλαστάνον εἰς μέγεθος.

Ῥίζα, *radix*. *Pag. 4 C. institutio proba ῥίζα καλοκαγαθίας vocatur. Pag. 601 F. quamvis urbem patriam fieri scriptor dicit homini, qui rebus uti possit radicesque habeat, quibus vivere ubique et ali queat: ἀνθρώπῳ ῥίζας ἔχοντι πανταχοῦ ζῆν. Cf. pag. 345 A., 321 D. Pag. 451 A. legitur: τὸ παθητικὸν ὥσπερ ἐκ ῥίζης ἀναβλαστάνει τῆς σαρκός. Pag. 553 C. de deo, suo tempore a tyrannis poenam exigenti, dicitur: ὁ θεὸς ἐνδόξου καὶ βασιλικοῦ γένους ῥίζαν πονηρὰν καὶ τραχεῖαν οὐκ ἀναιρεῖ πρότερον ἢ φῦναι τὸν προςήκοντα καρπὸν ἀπ' αὐτῆς. Cf. pag. 439 B., 409 A.

Ῥιζοῦν, tropice positum occurrit *pag. 6 E.: ῥιζοῦν τὴν δύναμιν, confirmare potestatem. Cf. pag. 81 B., 321 D.

Πολύρριζος. Pag. 787 F. Plutarchus metaphora a vetustis arboribus sumpta τὴν μακρὰν πολιτείαν πολύρριζον vocat.

Σπέρμα, *semen*, in metaphora adhibet pag. 731 D.: σπέρματα νόσων, pag. 56 B., 539 F., 48 C.

Θάλλειν, *florere*, sensu translato dictum reperitur pag. 479 A.: οἶκος τέθηλε.

Ἄνθος, *flos*, pag. 765 A.: ἄνθος ἀρετῆς.

Εὐανθής, *bene florens*, *pag. 120 A de aetate dicitur: εὐανθεστάτη ἡλικία. Cf. pag. 500 D.

Ἀνθεῖν de floribus ad varias res transfertur, veluti ad familiam pag. 553 B.: γένος ἤνθησε, ad gloriam pag. 360 C., in vita Arati c. 13 pag. 1032 E., ad tragoediam pag. 348 C,, ad homines pag. 93 D., pag. 804 E., ad urbem in vita Othonis c. 6 pag. 1069 D.

Ἐξανθεῖν, *efflorescere*, tropice positum invenimus in vita Thesei c. 6 pag. 3 D.: ἐξάνθησαν αἱ κακίαι. Cf. pag. 563 B., 432 C. Sensu transitivo efferendi, emittendi legitur pag. 353 F.: ἐξανθεῖ τὰ σώματα λέπραν, in vita Eumenis c. 16 pag. 593 D.: πεδίον ἐξήνθει κόνιν. Cf. pag. 546 C.

Ἐπανθεῖν, *efflorescere in aliqua re*, metaphorice dictum usurpat Plutarchus pag. 646 C.: χάριν ἐπανθοῦσαν. Cf. pag. 54 F. In vita Periclis c. 13 pag. 159 F. de eius operibus dicitur: ἐπανθεῖ τις καινότης.

Pag. 317 C. lectio ἐπανθεῖ non constat. Est Cobeti coniectura pro παρέχει, quod est in codicibus. Nuper Stegmannus Nov. Ann. 1890 Vol. 41 pag. 196, aliam emendationem proposuit: ἐπιτρέχει, quae propius ad codicum lectionem accedens, optimum sensum praebet. In codicibus vocabulo παρέχει praecedit καθεστηκός. Itaque littera Є. facile excidere potuit post C. Plura vide apud Stegmannum l. l.

Καρπός, *fructus*, metaphorice usurpatum invenitur pag. 549 B., ubi de iniuria dicit noster: τὸν καρπὸν εὐθὺς ὡραῖον ἀποδίδωσιν. Cf. pag. 610 E., 44 A., 73 D.

Ἄκαρπος, *sterilis*. Pag. 38 C.: ἄκαρπος ὅλως καὶ ἀβλαστὴς διαμένειν πρὸς ἀρετήν. Cf. pag. 135 E., 316 C., 556 D., 15 E.

Δρέπεσθαι, *decerpere*, sensu colligendi, fruendi legitur pag. 43 C., 646 C. Eodem sensu ἀποδρέπεσθαι occurrit pag. 79 D. Dicit ibi scriptor de iis qui Platonis et Xenophontis opera legunt nulla alia de causa, quam ut Attica munditie et integritate orationis fruantur: ὥσπερ δρόσον καὶ χνοῦν ἀποδρεπομένους, rore et lanugine, quae sunt in pomis, eleganter translatis ad integritatem et teneritatem orationis.

*Pag. 9 B. animus, qui moderatis laboribus crescit, nimiis obruitur, comparatur cum arboribus, quae mediocribus aquis aluntur, abundantia aquarum suffocantur: ὥσπερ γὰρ τὰ φυτὰ τοῖς μὲν μετρίοις ὕδασι τρέφεται, τοῖς δὲ πολλοῖς πνίγεται, τὸν αὐτὸν τρόπον ἡ ψυχὴ τοῖς μὲν συμμέτροις αὔξεται πόνοις, τοῖς δ' ὑπερβάλλουσι βαπτίζεται.

Κιττός, *hedera*, quae se erigit amplexa validam arborem, imaginem Plutarcho suggessit pag. 805 E., ubi, praecepta rei publicae gerendae proponens, de Aristide, Lucullo, Catone, aliis viris nobilibus ait: τούτων ἕκαστος, ὥσπερ οἱ κιττοὶ τοῖς ἰσχύουσι τῶν δένδρων περιπλεκόμενοι συνεξανίστανται, προσδραμὼν καὶ ἀνδρὶ πρεσβυτέρῳ ἔτι νέος, καὶ ἄδοξος ἐνδόξῳ, κατὰ μικρὸν αἰρόμενος ὑπὸ τῆς περὶ ἐκεῖνον δυνάμεως, καὶ συναυξανόμενος, ἥρεισε καὶ κατερρίζωσεν ἑαυτὸν εἰς τὴν πολιτείαν.

Item hederam in comparatione adhibet pag. 45 A.: δεινός ἐστι ὁ ἔρως ὥσπερ κιττὸς αὑτὸν ἐκ πάσης ἀναδῆσαι προφάσεως, i. e. valet amor hederae instar se quavis arrepta ansa applicare.

Ab arundine comparatio sumpta est pag. 77 A.

Comparantur nempe ii qui initio magno cursu ad philosophiam contendunt, deinde nullum ad meliora profectum sentientes crebro offendunt, ad extremum omnino defatigantur et desperant, cum arundine, primum celeriter sese in altum erigenti, deinde paullatim deficienti: ὡς γὰρ ἡ τοῦ καλάμου βλάστησις, ὁρμὴν ἔχουσα πλείστην ἀπ' ἀρχῆς εἰς μῆκος ὁμαλὸν καὶ συνεχές, τὸ πρῶτον ἐν διαστήμασι μεγάλοις ὀλίγας λαμβάνουσα προςκρούσεις καὶ ἀντικοπάς, εἶθ' οἷον ὑπ' ἄσθματος ἄνω δι' ἀσθένειαν ἀπαγορεύουσα πολλοῖς ἐνίσχεται καὶ πυκνοῖς τοῖς γόνασι, τοῦ πνεύματος πληγὰς καὶ τρόμους λαμβάνοντος, οὕτως ὅσοι τὸ πρῶτον μεγάλαις ἐκδρομαῖς ἐχρήσαντο πρὸς φιλοσοφίαν, εἶτα πολλὰ καὶ συνεχῆ προςκρούματα καὶ διασπάσματα λαμβάνουσι μηδενὸς διαφόρου πρὸς τὸ βέλτιον ἐπαισθανόμενοι, τελευτῶντες ἐξέκαμον και ἀπηγόρευσαν. Habemus h. l. in arundinis imagine alteram metaphoram, quae deprompta est ab homine, celeri cursu exanimato. Arundo enim defetisci dicitur, velut qui ob anhelitus angustias in adscendendo deficit. Larsenius „Stud. Crit. in Plut. Mor." Hauniae 1889 pag: 81 in postremis verbis τοῦ πνεύματος—λαμβάνοντος haeret. Intercidisse putat aliquid ante τοῦ πνεύματος in hanc fere sententiam: τοῦ στελέχους ὑπὸ τοῦ πνεύματος etc. Haud dubie verba τοῦ πνεύματος πληγὰς καὶ τρόμους λαμβάνοντος admodum obscura sunt. At dubito, num recte de arundinis caule στέλεχος, truncus, dicatur. Itaque potius pro τοῦ στελέχους legerim τοῦ καυλοῦ, aut vocabulo ὑπὸ ante τοῦ πνεύματος inserto λαμβάνοντος mutarim in λαμβάνουσα.

Sicut apud nostrates *suberis* cortex levitatis est imago. Sic pag. 127 D. Plutarchus ait corpus nobis servandum esse habile et expeditum, ut etiam, si aliquando pre-

matur, ob levitatem suberis instar sursum se efferat δεῖ τὸ σῶμα διατηρεῖν εὐσταλές, ὅπως, κἂν πιεσθῇ πότε φελλοῦ δίκην ὑπὸ κουφότητος ἀναφέρηται.

Ἀλόη, *aloë*. Aloës suci acerbitas comparationi i servit pag. 141 F.: δεῖ γὰρ εἶναι τῆς οἰκοδεσποίνης ὥσπε οἴνου τὸ αὐστηρὸν ὠφέλιμον καὶ ἡδύ, μὴ πικρὸν ὥσπερ ἀλόη.

Pag. 607 E. in disputatione de exilio dicit philoso phus animam, quia non reminiscatur, ex quanto hono et quanta beatitate demigraverit, de coelo et luna terram et terrestrem vitam delatam, cum exiguum locu ibi alio loco mutaverit, aegre ferre mutationem compara t- que eam cum planta, translatione alium in locum emares- centi: εἶθ' ἡ ψυχὴ διὰ τὸ μὴ μνημονεύειν „ἐξ οἵης τιμῆς τε καὶ ὅσσου μήκεος ὄλβου" μεθέστηκεν, οὐ Σάρδεων Ἀθήνας οὐδὲ Κορίνθου Λῆμνον ἢ Σκῦρον, ἀλλ' οὐρανοῦ καὶ σελήνης γῆν ἀμειψαμένη καὶ τὸν ἐπὶ γῆς βίον, ἐὰν μικρὸν ἐνταῦθα τόπον ἐκ τόπου παραλλάξῃ, δυσανασχετεῖ καὶ ξενοπαθεῖ, καθάπερ φυτὸν ἀγεννὲς ἀπομαραινομένη. Sic codices habent. Displicet tamen lectio ἀγεννές. Nec magis Reiskii coniectura εὐγενές placet. Si recte locum intellego, Plutarchus animam emarescentem non cum *vili* planta comparat, sed potius cum planta quae, alium in locum translata, crescere et florere non potest, sed emarescit. Quare legendum esse suspicor φυτὸν ἀλλογενές, i. e. planta alio loco genita.

Sentes in via, ut notum est, liberum incessum impediunt. Unde petivit Plutarchus imaginem pag. 709 E., ubi dicit malos, quanto magis nos apprehendere studeant, tanto magis sentium instar amoliendos esse et transsiliendos: τοὺς μοχθηρούς, ὅσῳ μᾶλλον ἐπιλαμβάνονται ἡμῶν καὶ συμπλέκονται, καθάπερ βάτους, καθαιρετέον καὶ

ὑπερβατέον ἐστίν. Καθαιρετέον Wyttenbachii est coniectura, a Dübnero recepta, pro codicum ἀναιρεῖν. Madvigius Advers. Critic. pag. 654, alterum substantivum cum βάτους coniungendum in ἀναιρεῖν latere putans, coniecit βάτους καὶ ἀνθέρικας (aristas, spicas) ὑπερβατέον ἐστίν. Si alterum substantivum requiritur, praeferrem ἀπαρίνας quod etiam pag. 94 E. cum vocabulo βάτους coniunctum occurrit. (καὶ γὰρ ἀπαρίνην καὶ βάτον ἐπιλαμβανομένην ὑπερβάντες). Multo tamen leniore mutatione mihi locus sanandus esse videtur legendo ἀναιρετέον pro ἀναιρεῖν.

Notum est dumetum, germinans iuxta sativas herbas, earum incremento molestum esse. Unde petita est imago, quae reperitur pag. 497 C. Comparantur nempe vitia, quibus amor prolis, natura homini inditus, debilitatur, cum fruticibus, sativas iuxta herbas germinantibus: ἐξαμαυροῦνται γὰρ ταῦτα (scil. amor prolis) ὑπὸ τῆς κακίας, ὥσπερ λόχμης ἡμέροις σπέρμασι παραβλαστανούσης.

Quaedam herbae, cum sint per se silvestres et incremento suo noceant hortensibus seminibus ac stirpibus, ab agricolis tamen pro certo indicio soli egregii ac pinguis habentur. Qualibus cum herbis Plutarchus pag. 528 C. confert eas animi affectiones, quae, cum sint ipsae non bonae, ingenii tamen boni sunt indicia: ἔνια τῶν ἐκ τῆς γῆς φυομένων αὐτὰ μέν ἐστιν ἄγρια τῇ φύσει καὶ ἄκαρπα καὶ βλαβερὰν τοῖς ἡμέροις σπέρμασι καὶ φυτοῖς τὴν αὔξησιν ἔχοντα, σημεῖα δ' αὐτὰ ποιοῦνται χώρας οἱ γεωργοῦντες οὐ πονηρᾶς ἀλλὰ γενναίας καὶ πίονος· οὕτω δὴ καὶ πάθη ψυχῆς ἔστιν οὐ χρηστά, χρηστῆς δὲ φύσεως οἷον ἐξανθήματα καὶ λόγῳ παρασχεῖν ἐργάσιμον ἑαυτὴν ἐπιεικῶς δυναμένης. Cf. etiam pag. 552 C.

Vitis quoque et *vitium cultura* nonnumquam nostro comparationum ansam dederunt. Sic pag. 15 F. poësis cum vite comparatur. Nam si vitis silvescit (ὑλομανεῖ), i. e. per luxuriem et fecunditatem stirpes frugibus nocentes profert, putanda est, non exscindenda. Eodem modo ait philosophus μηδ' ἡμεῖς οὖν τὴν ποιητικὴν ἡμερίδα ἐκκόπτωμεν, ἀλλ', ὅπου μὲν ὑλομανεῖ, τὸ μυθῶδες αὐτῆς καὶ θεατρικὸν ἐπιλαμβανόμενοι κολούωμεν.

Iterum poësin cum vite comparat pag. 28 E.: ὥσπερ ἐν ἀμπέλου φύλλοις καὶ κλήμασιν εὐθαλοῦσι πολλάκις ὁ καρπὸς ἀποκρύπτεται καὶ λανθάνει κατασκιαζόμενος, οὕτως ἐν ποιητικῇ λέξει καὶ μυθεύμασι περικεχυμένοις πολλὰ διαφεύγει τὸν νέον ὠφέλιμα καὶ χρήσιμα, i. e. sicut inter vitis folia ac palmites copiosos saepe occultatur fructus subque umbra latet, ita in dictione poëtica et fabulis circumfusis commoda multa et utilia adolescentem praetereunt.

Pag. 138 E. in coniugalibus praeceptis comparat eos qui primas virginum dissensiones non sustinent cum iis qui immaturae offensi uvae sapore maturas aliis relinquunt: οἱ δὲ τὰς πρώτας τῶν παρθένων διαφορὰς μὴ ὑπομείναντες οὐδὲν ἀπολείπουσι τῶν διὰ τὸν ὄμφακα τὴν σταφυλὴν ἑτέροις προϊεμένων. Ducta est comparatio a proverbio: Σικελὸς ὀμφακίζεται. Cf. Zenob. V, 34. Diogen. VIII, 15. Suid. s. v. Σικελός: μετήνεκται δ' ἀπὸ τῶν Σικελῶν τὰς ἀβρώτους ὄμφακας κλεπτόντων. Aristaenetus Ep. II, 7 proverbium usurpat de amatore virginis nondum adultae, cuius hera ei obiicit: Σικελὸς ὀμφακίζεσθαι δοκεῖς, παρατρυγῶν παιδισκάριον καὶ τοῦ φιλήματος ἀμαθές. Conferri quoque potest Horat. Od. II, 5, 9: tolle cupidinem immitis uvae.

Vitium cultores stirpibus vitium pedamenta apponere

solent, ut iis applicatae in altum se erigere et recte germinare possint. Quibus cultoribus scriptor *pag. 4 C. confert magistros probos qui, tamquam pedamentis, accuratis praeceptis admonitionibusque adolescentes suffulciunt, ut eorem mores recte inde germinent: καθάπερ τὰς χάρακας οἱ γεωργοὶ τοῖς φυτοῖς παρατιθέασιν, οὕτως οἱ νόμιμοι τῶν διδασκάλων ἐμμελεῖς τὰς ὑποθήκας καὶ παραινέσεις παραπηγνύουσι τοῖς νέοις, ἵν' ὀρθὰ τούτων βλαστάνῃ τὰ ἤθη.

Pag. 15 F. mandragoras, iuxta vites nascens suamque vim sopiferam in vinum diffundens, in comparatione adhibetur. Confertur nempe poësis, facilem et gratam adolescentibus philosophiae perceptionem praebens, cum mandragora efficienti, ut suavius dormiant qui vinum biberunt: ὥσπερ ὁ μανδραγόρας ταῖς ἀμπέλοις παραφυόμενος καὶ διαδιδοὺς τὴν δύναμιν εἰς τὸν οἶνον μαλακώτεραν ποιεῖ τὴν καταφορὰν τοῖς πίνουσιν, οὕτω τοὺς λόγους ἡ ποίησις ἐκ φιλοσοφίας ἀναλαμβάνουσα μιγνυμένους πρὸς τὸ μυθῶδες ἐλαφρὰν καὶ προσφιλῆ παρέχει τοῖς νέοις τὴν μάθησιν.

Non satis clara sunt verba μιγνυμένους πρὸς τὸ μυθῶδες. Sententia postulat, ut cum Xylandro interpretemur: „poësis e philosophia doctrinam desumens eamque fabulis permiscens facilem eius et gratam adolescentibus perceptionem praebet. At lectione μιγνυμένους retenta non patet, quod ratio requirit, ab ipsa poësi philosophiae praecepta fabulis admisceri. Vocabulo μιγνυμένους mutato in activum καὶ μιγνῦσα omnia recte se haberent. Quae tamen mutatio est satis magna. Itaque probabilior mihi videtur coniectura Larsenii qui in Dissertatione: „Stud. Critic. in Plut. Mor." Hauniae 1889 pag. 33 pro μιγνυμένους scribere proponit: μιγνυμένου νοῦ, dum ora-

Ἕλμιγξ, *taenia*, pag. 524 D. est imago insatiabilis cupiditatis: ἣν (scil. φιλοπλουτίαν) ἂν μή τις ἐξέληται τῆς ψυχῆς, ὥσπερ ἕλμιγγα πλατεῖαν, οὐ παύσονται δεόμενοι τῶν περιττῶν [τουτέστιν ἐπιθυμοῦντες ὧν οὐ δέονται]. Verba τουτέστι—δέονται haud dubie spuria sunt. Cf. Herwerdenum Mnem. 1891 pag. 288. ἕλμιγγα πλατεῖαν Bernardakis est coniectura pro obscuro ἕλιγμα πλάγιον. C. F. Hermann. Rein. Mus. 1846, pag. 456 legere proponit ἕλιγμά τι ἀλγεινόν, dum confert Soran. de signis fract. pag. 45, ubi ἕλιγμα de fractura vel laesione cranii usurpatur. Mihi tamen emendatio Bernardakis probabilior esse videtur. Nam taenia tamquam imagine insatiabilis cupiditatis usurpata omnia recte se habere puto.

Θρῖπες, *teredines*. Pag. 49 B. Plutarchus adulatores cum teredinibus comparat. Dicit nempe adulatores plerumque a generosis, frugi placidisque ingeniis recipi et ali, sicut teredines potissimum in lignis teneris et dulcibus vivunt: ὥσπερ οἱ θρῖπες ἐνδύονται μάλιστα τοῖς ἁπαλοῖς καὶ γλυκέσι ξύλοις, οὕτω τὰ φιλότιμα τῶν ἠθῶν καὶ χρηστὰ καὶ ἐπιεικῆ τὸν κόλακα δέχεται καὶ τρέφει προςφυόμενον. In nonnullis codicibus legitur ἐμφύονται, quod Wyttenbachius praefert, quia teste Theophrasto Hist. Plant. V, 5. IX, 15 teredo in ipsa radice nascatur. Cf. Wytt. Annot. in Mor. I pag. 421.

Σηπία, *sepia*. Notum est sepiam, cum capi periclitatur, atrum liquorem emittere, ut piscatoris oculos effugiat. Cf. Cic. de Nat. Deor. II, 50. Plut. de Sollert. Anim. pag. 978 B. Unde imaginem petivit philosophus pag. 565 C., ubi lividum colorem, quo malevolentia animam tingit, confert cum atramento, quo mare tingit sepia: κακόνοια τὸ ἰῶδες ἀφίησιν, ὥσπερ αἱ σηπίαι τὸ μέλαν.

Σκολόπενδραι, *scolopendrae*. A scolopendrarum more hamo vorato se invertendi imaginem sumpsit noster pag. 567 B.: ὅσοι δὲ πρόσχημα καὶ δόξαν ἀρετῆς περιβαλόμενοι διεβίωσαν κακίᾳ λανθανούσῃ, ἠνάγκαζον ἕτεροι περιεστῶτες ἐκτρέπεσθαι τὰ ἐντὸς ἔξω τῆς ψυχῆς ἰλυσπωμένους παρὰ φύσιν καὶ ἀνακαμπτομένους, ὥσπερ αἱ θαλάττιαι σκολόπενδραι, καταπιοῦσαι τὸ ἄγκιστρον, ἐκτρέπουσιν ἑαυτάς.

Ὄστρεον, *conchylium*, pag. 135 B. in comparatione invenitur: ὀστρέου τινὸς ζωῇ προςεοικός ἐστι τὸ ἀμετάστατον τοῦτο, i. e. illud immutabile genus vivendi simile est conchylii vitae. Eandem comparationem habet Plato in Phileb. pag. 76 E., in Phaedr. pag. 346 D.

Πούλυπους, *polypus*. Polypi secundum Aelianum Var. Hist. I, 1 sub scopulis latitantes sedent et eorum colorem induunt atque idem cum scopulis esse videntur. Cum igitur pisces, tamquam ad scopulos, ita ad polypos adnatant, illi suis cirris, ut retibus, imprudentes implicant. Cf. etiam Plut. de Sollert. Anim. pag. 978 E. Unde Plutarchus pag. 52 F. adulatoris mutationes cum polypi conversionibus comparat: τὰς δὲ τοῦ κόλακος ὥσπερ πουλύποδος τροπὰς ῥᾷστα φωράσειεν ἄν τις κ. τ. λ.

Huc pertinet etiam comparatio pag. 51 D., ubi legimus· ἔστι μὲν οὖν διὰ ταῦτα δυσφώρατος ὁ ἀνὴρ (scil. ὁ κόλαξ), ὥσπερ τῶν θηρίων ὅσα πεφυκότα τὴν χρόαν τρέπεσθαι συναφομοιοῦται τοῖς ὑποκειμένοις χρώμασι καὶ χωρίοις. Eandem comparationem habet Eupolis: ἀνὴρ πολίτης πουλύπους ἐς τοὺς τρόπους. Locutio πουλύποδος τροπαὶ proverbii vim accepit. Cf. Diogen. I, 23. Zenob. I, 24.

A cirris polypi imaginem noster deprompsit pag. 61 D., ubi ait adulatorem curiositatem, calumnias malignitatemque suam, velut polypum cirros, in ipsas usque domus

et gynaecea protendere: ὁ κόλαξ εἰς τὰ δωμάτια καὶ τὴν γυναικωνῖτιν, ὥσπερ πλεκτάνας, ἐκτείνει τὸ πολύπραγμον καὶ διάβολον καὶ κακόηθες.

§ 2. METAPHORAE A SATIS ET HERBIS PETITAE.

Permultas metaphoras et comparationes scriptor noster hausit ex iis rebus, quae ad arbores herbasque pertinent. Sic βλαστάνειν, *germinare*, metaphorice usurpatum occurrit pag. 584 D. de cupiditatibus: ἐπιθυμίαι βλαστάνουσαι, pag. 562 A. de malitia: κακία βλαστάνουσα ἐν νέῳ ἤθει, in vita Arati c. 3 pag. 1028 B. de corpore Arati legitur: βλαστάνον εἰς μέγεθος.

Ῥίζα, *radix*. *Pag. 4 C. institutio proba ῥίζα καλοκαγαθίας vocatur. Pag. 601 F. quamvis urbem patriam fieri scriptor dicit homini, qui rebus uti possit radicesque habeat, quibus vivere ubique et ali queat: ἀνθρώπῳ ῥίζας ἔχοντι πανταχοῦ ζῆν. Cf. pag. 345 A., 321 D. Pag. 451 A. legitur: τὸ παθητικὸν ὥσπερ ἐκ ῥίζης ἀναβλαστάνει τῆς σαρκός. Pag. 553 C. de deo, suo tempore a tyrannis poenam exigenti, dicitur: ὁ θεὸς ἐνδόξου καὶ βασιλικοῦ γένους ῥίζαν πονηρὰν καὶ τραχεῖαν οὐκ ἀναιρεῖ πρότερον ἢ φῦναι τὸν προςήκοντα καρπὸν ἀπ' αὐτῆς. Cf. pag. 439 B. 409 A.

Ῥιζοῦν, tropice positum occurrit *pag. 6 E.: ῥιζοῦν τὴν δύναμιν, confirmare potestatem. Cf. pag. 81 B., 321 D.

Πολύρριζος. Pag. 787 F. Plutarchus metaphora e vetustis arboribus sumpta τὴν μακρὰν πολιτείαν πολύρριζον vocat.

Σπέρμα, *semen*, in metaphora adhibet pag. 731 D. σπέρματα νόσων, pag. 56 B., 539 F., 48 C.

Θάλλειν, *florere*, sensu translato dictum reperitur pag. 479 A.: οἶκος τέθηλε.

Ἄνθος, *flos*, pag. 765 A.: ἄνθος ἀρετῆς.

Εὐανθής, *bene florens*, *pag. 120 A de aetate dicitur: εὐανθεστάτη ἡλικία. Cf. pag. 500 D.

Ἀνθεῖν de floribus ad varias res transfertur, veluti ad familiam pag. 553 B.: γένος ἤνθησε, ad gloriam pag. 360 C., in vita Arati c. 13 pag. 1032 E., ad tragoediam pag. 348 C,, ad homines pag. 93 D., pag. 804 E., ad urbem in vita Othonis c. 6 pag. 1069 D.

Ἐξανθεῖν, *efflorescere*, tropice positum invenimus in vita Thesei c. 6 pag. 3 D.: ἐξάνθησαν αἱ κακίαι. Cf. pag. 563 B., 432 C. Sensu transitivo efferendi, emittendi legitur pag. 353 F.: ἐξανθεῖ τὰ σώματα λέπραν, in vita Eumenis c. 16 pag. 593 D.: πεδίον ἐξήνθει κόνιν. Cf. pag. 546 C.

Ἐπανθεῖν, *efflorescere in aliqua re*, metaphorice dictum usurpat Plutarchus pag. 646 C.: χάριν ἐπανθοῦσαν. Cf. pag. 54 F. In vita Periclis c. 13 pag. 159 F. de eius operibus dicitur: ἐπανθεῖ τις καινότης.

Pag. 317 C. lectio ἐπανθεῖ non constat. Est Cobeti coniectura pro παρέχει, quod est in codicibus. Nuper Stegmannus Nov. Ann. 1890 Vol. 41 pag. 196, aliam emendationem proposuit: ἐπιτρέχει, quae propius ad codicum lectionem accedens, optimum sensum praebet. In codicibus vocabulo παρέχει praecedit καθεστηκός. Itaque littera Є. facile excidere potuit post C. Plura vide apud Stegmannum l. l.

Καρπός, *fructus*, metaphorice usurpatum invenitur pag. 549 B., ubi de iniuria dicit noster: τὸν καρπὸν εὐθὺς ὡραῖον ἀποδίδωσιν. Cf. pag. 610 E., 44 A., 73 D.

Ἄκαρπος, *sterilis*. Pag. 38 C.: ἄκαρπος ὅλως καὶ ἀβλαστὴς διαμένειν πρὸς ἀρετήν. Cf. pag. 135 E., 316 C., 556 D., 15 E.

Δρέπεσθαι, *decerpere*, sensu colligendi, fruendi legitur pag. 43 C., 646 C. Eodem sensu ἀποδρέπεσθαι occurrit pag. 79 D. Dicit ibi scriptor de iis qui Platonis et Xenophontis opera legunt nulla alia de causa, quam ut Attica munditie et integritate orationis fruantur: ὥσπερ δρόσον καὶ χνοῦν ἀποδρεπομένους, rore et lanugine, quae sunt in pomis, eleganter translatis ad integritatem et teneritatem orationis.

*Pag. 9 B. animus, qui moderatis laboribus crescit, nimiis obruitur, comparatur cum arboribus, quae mediocribus aquis aluntur, abundantia aquarum suffocantur: ὥσπερ γὰρ τὰ φυτὰ τοῖς μὲν μετρίοις ὕδασι τρέφεται, τοῖς δὲ πολλοῖς πνίγεται, τὸν αὐτὸν τρόπον ἡ ψυχὴ τοῖς μὲν συμμέτροις αὔξεται πόνοις, τοῖς δ' ὑπερβάλλουσι βαπτίζεται.

Κιττός, *hedera*, quae se erigit amplexa validam arborem, imaginem Plutarcho suggessit pag. 805 E., ubi, praecepta rei publicae gerendae proponens, de Aristide, Lucullo, Catone, aliis viris nobilibus ait: τούτων ἕκαστος, ὥσπερ οἱ κιττοὶ τοῖς ἰσχύουσι τῶν δένδρων περιπλεκόμενοι συνεξανίστανται, προςδραμὼν καὶ ἀνδρὶ πρεσβυτέρῳ ἔτι νέος, καὶ ἄδοξος ἐνδόξῳ, κατὰ μικρὸν αἰρόμενος ὑπὸ τῆς περὶ ἐκεῖνον δυνάμεως, καὶ συναυξανόμενος, ἤρεισε καὶ κατερρίζωσεν ἑαυτὸν εἰς τὴν πολιτείαν.

Item hederam in comparatione adhibet pag. 45 A.: δεινός ἐστι ὁ ἔρως ὥσπερ κιττὸς αὑτὸν ἐκ πάσης ἀναδῆσαι προφάσεως, i. e. valet amor hederae instar se quavis arrepta ansa applicare.

Ab arundine comparatio sumpta est pag. 77 A.

Comparantur nempe ii qui initio magno cursu ad philosophiam contendunt, deinde nullum ad meliora profectum sentientes crebro offendunt, ad extremum omnino defatigantur et desperant, cum arundine, primum celeriter sese in altum erigenti, deinde paullatim deficienti: ὡς γὰρ ἡ τοῦ καλάμου βλάστησις, ὁρμὴν ἔχουσα πλείστην ἀπ' ἀρχῆς εἰς μῆκος ὁμαλὸν καὶ συνεχές, τὸ πρῶτον ἐν διαστήμασι μεγάλοις ὀλίγας λαμβάνουσα προςκρούσεις καὶ ἀντικοπάς, εἶθ' οἷον ὑπ' ἄσθματος ἄνω δι' ἀσθένειαν ἀπαγορεύουσα πολλοῖς ἐνίσχεται καὶ πυκνοῖς τοῖς γόνασι, τοῦ πνεύματος πληγὰς καὶ τρόμους λαμβάνοντος, οὕτως ὅσοι τὸ πρῶτον μεγάλαις ἐκδρομαῖς ἐχρήσαντο πρὸς φιλοσοφίαν, εἶτα πολλὰ καὶ συνεχῆ προςκρούματα καὶ διασπάσματα λαμβάνουσι μηδενὸς διαφόρου πρὸς τὸ βέλτιον ἐπαισθανόμενοι, τελευτῶντες ἐξέκαμον και ἀπηγόρευσαν. Habemus h. l. in arundinis imagine alteram metaphoram, quae deprompta est ab homine, celeri cursu exanimato. Arundo enim defetisci dicitur, velut qui ob anhelitus angustias in adscendendo deficit. Larsenius „Stud. Crit. in Plut. Mor." Hauniae 1889 pag: 81 in postremis verbis τοῦ πνεύματος—λαμβάνοντος haeret. Intercidisse putat aliquid ante τοῦ πνεύματος in hanc fere sententiam: τοῦ στελέχους ὑπὸ τοῦ πνεύματος etc. Haud dubie verba τοῦ πνεύματος πληγὰς καὶ τρόμους λαμβάνοντος admodum obscura sunt. At dubito, num recte de arundinis caule στέλεχος, truncus, dicatur. Itaque potius pro τοῦ στελέχους legerim τοῦ καυλοῦ, aut vocabulo ὑπὸ ante τοῦ πνεύματος inserto λαμβάνοντος mutarim in λαμβάνουσα.

Sicut apud nostrates *suberis* cortex levitatis est imago. Sic pag. 127 D. Plutarchus ait corpus nobis servandum esse habile et expeditum, ut etiam, si aliquando pre-

matur, ob levitatem suberis instar sursum se efferat: δεῖ τὸ σῶμα διατηρεῖν εὐσταλές, ὅπως, κἂν πιεσθῇ ποτε, φελλοῦ δίκην ὑπὸ κουφότητος ἀναφέρηται.

Ἀλόη, *aloë.* Aloës suci acerbitas comparationi inservit pag. 141 F.: δεῖ γὰρ εἶναι τῆς οἰκοδεσποίνης ὥσπερ οἴνου τὸ αὐστηρὸν ὠφέλιμον καὶ ἡδύ, μὴ πικρὸν ὥσπερ ἀλόης.

Pag. 607 E. in disputatione de exilio dicit philosophus animam, quia non reminiscatur, ex quanto honore et quanta beatitate demigraverit, de coelo et luna in terram et terrestrem vitam delatam, cum exiguum locum ibi alio loco mutaverit, aegre ferre mutationem comparatque eam cum planta, translatione alium in locum emarescenti: εἶθ' ἡ ψυχὴ διὰ τὸ μὴ μνημονεύειν „ἐξ οἵης τιμῆς τε καὶ ὅσσου μήκεος ὄλβου" μεθέστηκεν, οὐ Σάρδεων Ἀθήνας οὐδὲ Κορίνθου Λῆμνον ἢ Σκῦρον, ἀλλ' οὐρανοῦ καὶ σελήνης γῆν ἀμειψαμένη καὶ τὸν ἐπὶ γῆς βίον, ἐὰν μικρὸν ἐνταῦθα τόπον ἐκ τόπου παραλλάξῃ, δυσανασχετεῖ καὶ ξενοπαθεῖ, καθάπερ φυτὸν ἀγεννὲς ἀπομαραινομένη. Sic codices habent. Displicet tamen lectio ἀγεννές. Nec magis Reiskii coniectura εὐγενές placet. Si recte locum intellego, Plutarchus animam emarescentem non cum *vili* planta comparat, sed potius cum planta quae, alium in locum translata, crescere et florere non potest, sed emarescit. Quare legendum esse suspicor φυτὸν ἀλλογενές, i. e. planta alio loco genita.

Sentes in via, ut notum est, liberum incessum impediunt. Unde petivit Plutarchus imaginem pag. 709 E., ubi dicit malos, quanto magis nos apprehendere studeant, tanto magis sentium instar amoliendos esse et transsiliendos: τοὺς μοχθηρούς, ὅσῳ μᾶλλον ἐπιλαμβάνονται ἡμῶν καὶ συμπλέκονται, καθάπερ βάτους, καθαιρετέον καὶ

ὑπερβατέον ἐστίν. Καθαιρετέον Wyttenbachii est coniectura, a Dübnero recepta, pro codicum ἀναιρεῖν. Madvigius Advers. Critic. pag. 654, alterum substantivum cum βάτους coniungendum in ἀναιρεῖν latere putans, coniecit βάτους καὶ ἀνθέρικας (aristas, spicas) ὑπερβατέον ἐστίν. Si alterum substantivum requiritur, praeferrem ἀπαρίνας quod etiam pag. 94 E. cum vocabulo βάτους coniunctum occurrit. (καὶ γὰρ ἀπαρίνην καὶ βάτον ἐπιλαμβανομένην ὑπερβάντες). Multo tamen leniore mutatione mihi locus sanandus esse videtur legendo ἀναιρετέον pro ἀναιρεῖν.

Notum est dumetum, germinans iuxta sativas herbas, earum incremento molestum esse. Unde petita est imago, quae reperitur pag. 497 C. Comparantur nempe vitia, quibus amor prolis, natura homini inditus, debilitatur, cum fruticibus, sativas iuxta herbas germinantibus: ἐξαμαυροῦνται γὰρ ταῦτα (scil. amor prolis) ὑπὸ τῆς κακίας, ὥσπερ λόχμης ἡμέροις σπέρμασι παραβλαστανούσης.

Quaedam herbae, cum sint per se silvestres et incremento suo noceant hortensibus seminibus ac stirpibus, ab agricolis tamen pro certo indicio soli egregii ac pinguis habentur. Qualibus cum herbis Plutarchus pag. 528 C. confert eas animi affectiones, quae, cum sint ipsae non bonae, ingenii tamen boni sunt indicia: ἔνια τῶν ἐκ τῆς γῆς φυομένων αὐτὰ μέν ἐστιν ἄγρια τῇ φύσει καὶ ἄκαρπα καὶ βλαβερὰν τοῖς ἡμέροις σπέρμασι καὶ φυτοῖς τὴν αὔξησιν ἔχοντα, σημεῖα δ' αὐτὰ ποιοῦνται χώρας οἱ γεωργοῦντες οὐ πονηρᾶς ἀλλὰ γενναίας καὶ πίονος· οὕτω δὴ καὶ πάθη ψυχῆς ἔστιν οὐ χρηστά, χρηστῆς δὲ φύσεως οἷον ἐξανθήματα καὶ λόγῳ παρασχεῖν ἐργάσιμον ἑαυτὴν ἐπιεικῶς δυναμένης. Cf. etiam pag. 552 C.

Vitis quoque et *vitium cultura* nonnumquam nostro comparationum ansam dederunt. Sic pag. 15 F. poësis cum vite comparatur. Nam si vitis silvescit (ὑλομανεῖ), i. e. per luxuriem et fecunditatem stirpes frugibus nocentes profert, putanda est, non exscindenda. Eodem modo ait philosophus μηδ' ἡμεῖς οὖν τὴν ποιητικὴν ἡμερίδα ἐκκόπτωμεν, ἀλλ', ὅπου μὲν ὑλομανεῖ, τὸ μυθῶδες αὐτῆς καὶ θεατρικὸν ἐπιλαμβανόμενοι κολούωμεν.

Iterum poësin cum vite comparat pag. 28 E.: ὥσπερ ἐν ἀμπέλου φύλλοις καὶ κλήμασιν εὐθαλοῦσι πολλάκις ὁ καρπὸς ἀποκρύπτεται καὶ λανθάνει κατασκιαζόμενος, οὕτως ἐν ποιητικῇ λέξει καὶ μυθεύμασι περικεχυμένοις πολλὰ διαφεύγει τὸν νέον ὠφέλιμα καὶ χρήσιμα, i. e. sicut inter vitis folia ac palmites copiosos saepe occultatur fructus subque umbra latet, ita in dictione poëtica et fabulis circumfusis commoda multa et utilia adolescentem praetereunt.

Pag. 138 E. in coniugalibus praeceptis comparat eos qui primas virginum dissensiones non sustinent cum iis qui immaturae offensi uvae sapore maturas aliis relinquunt: οἱ δὲ τὰς πρώτας τῶν παρθένων διαφορὰς μὴ ὑπομείναντες οὐδὲν ἀπολείπουσι τῶν διὰ τὸν ὄμφακα τὴν σταφυλὴν ἑτέροις προϊεμένων. Ducta est comparatio a proverbio: Σικελὸς ὀμφακίζεται. Cf. Zenob. V, 34. Diogen. VIII, 15. Suid. s. v. Σικελός: μετήνεκται δ' ἀπὸ τῶν Σικελῶν τὰς ἀβρώτους ὄμφακας κλεπτόντων. Aristaenetus Ep. II, 7 proverbium usurpat de amatore virginis nondum adultae, cuius hera ei obiicit: Σικελὸς ὀμφακίζεσθαι δοκεῖς, παρατρυγῶν παιδισκάριον καὶ τοῦ φιλήματος ἀμαθές. Conferri quoque potest Horat. Od. II, 5, 9: tolle cupidinem immitis uvae.

Vitium cultores stirpibus vitium pedamenta apponere

solent, ut iis applicatae in altum se erigere et recte germinare possint. Quibus cultoribus scriptor *pag. 4 C. confert magistros probos qui, tamquam pedamentis, accuratis praeceptis admonitionibusque adolescentes suffulciunt, ut eorem mores recte inde germinent: καθάπερ τὰς χάρακας οἱ γεωργοὶ τοῖς φυτοῖς παρατιθέασιν, οὕτως οἱ νόμιμοι τῶν διδασκάλων ἐμμελεῖς τὰς ὑποθήκας καὶ παραινέσεις παραπηγνύουσι τοῖς νέοις, ἵν' ὀρθὰ τούτων βλαστάνῃ τὰ ἤθη.

Pag. 15 F. mandragoras, iuxta vites nascens suamque vim sopiferam in vinum diffundens, in comparatione adhibetur. Confertur nempe poësis, facilem et gratam adolescentibus philosophiae perceptionem praebens, cum mandragora efficienti, ut suavius dormiant qui vinum biberunt: ὥσπερ ὁ μανδραγόρας ταῖς ἀμπέλοις παραφυόμενος καὶ διαδιδοὺς τὴν δύναμιν εἰς τὸν οἶνον μαλακώτεραν ποιεῖ τὴν καταφορὰν τοῖς πίνουσιν, οὕτω τοὺς λόγους ἡ ποίησις ἐκ φιλοσοφίας ἀναλαμβάνουσα μιγνυμένους πρὸς τὸ μυθῶδες ἐλαφρὰν καὶ προσφιλῆ παρέχει τοῖς νέοις τὴν μάθησιν.

Non satis clara sunt verba μιγνυμένους πρὸς τὸ μυθῶδες. Sententia postulat, ut cum Xylandro interpretemur: „poësis e philosophia doctrinam desumens eamque fabulis permiscens facilem eius et gratam adolescentibus perceptionem praebet. At lectione μιγνυμένους retenta non patet, quod ratio requirit, ab ipsa poësi philosophiae praecepta fabulis admisceri. Vocabulo μιγνυμένους mutato in activum καὶ μιγνῦσα omnia recte se haberent. Quae tamen mutatio est satis magna. Itaque probabilior mihi videtur coniectura Larsenii qui in Dissertatione: „Stud. Critic. in Plut. Mor." Hauniae 1889 pag. 33 pro μιγνυμένους scribere proponit: μιγνυμένου νοῦ, dum ora-

tionem sic interpungit: οὕτω — ἀναλαμβάνουσα, μιγνυμένου πρὸς τὸ μυθῶδες, ἐλαφρὰν κ. τ. λ. Tum genetivus absolutus artius cum sequentibus coniungendus est.

§ 3. Metaphorae a physica et astronomia ductae.

Pag. 317 A—D, elegantissimam comparationem Plutarchus deprompsit ab elementorum pugna et eorum per terram in concordiam redactione. Cf. Ovid. Met. I, 1 sqq., Lucret. V, 417 sqq. Dicit nempe antiquissimis temporibus, maximis hominum potentiis atque imperiis fortuitis casibus iactatis et inter se collisis, quod nemo unus imperaret reliquis, vellent omnes, inexplicabilem fuisse cladem et errorem ac mutationem continuam omnium, postea, Roma vires nacta et aucta et in se constringente cum gentes et populos, tum peregrina etiam ac transmarina regna, maximas res fundamentum, cui inniterentur, et firmitatem adeptas esse, imperio in pacatum statum circulumque immobilem redacto, comparatque eas hominum potentias atque imperia cum corporibus, coëuntibus et commixtis, communem autem ex omnibus formam naturae praebere nolentibus, sed comprehensionem ac nexum effugientibus invicemque certamina exercentibus, et Romam cum terra quae, magnitudinem ex compactis et agitatis corporibus nacta ac firmata, etiam reliquis in ipsa aut circum ipsam subsistendi opportunitatem dedit: ὡς γὰρ οἱ φυσικοὶ τὸν κόσμον λέγουσιν οὐκ εἶναι κόσμον οὐδ' ἐθέλειν τὰ σώματα, συνελθόντα καὶ συμμιγέντα, κοινὸν ἐκ πάντων εἶδος τῇ φύσει παρασχεῖν, ἀλλὰ τῶν μὲν ἔτι μικρῶν καὶ σποράδην φερομένων διολισθανόντων καὶ ὑποφευγόντων τὰς ἐναπολήψεις καὶ περιπλοκάς, τῶν δ'

ἁδροτέρων καὶ συνεστηκότων ἤδη δεινοὺς ἀγῶνας πρὸς ἄλληλα καὶ διαταραχὰς λαμβανόντων, κλύδωνα καὶ βρασμὸν εἶναι καὶ φθόρου καὶ πλάνης καὶ ναυαγίων μεστὰ πάντα, πρίν γε τὴν γῆν μέγεθος λαβοῦσαν ἐκ τῶν συνισταμένων καὶ φερομένων ἱδρυθῆναί πως αὐτὴν καὶ τοῖς ἄλλοις ἵδρυσιν ἐν αὐτῇ καὶ περὶ αὐτὴν παρασχεῖν· οὕτω τῶν μεγίστων ἐν ἀνθρώποις δυνάμεων καὶ ἡγεμονιῶν κατὰ τύχας ἐλαυνομένων καὶ συμφερομένων ὑπὸ τοῦ μηδένα κρατεῖν, βούλεσθαι δὲ πάντας, ἀμήχανος ἦν φορὰ (Legendum esse suspicor φθορά, cf. supra φθόρου καὶ πλάνης etc.) καὶ πλάνη καὶ μεταβολὴ πᾶσα πάντων, μέχρι οὗ, τῆς Ῥώμης ἰσχὺν καὶ αὔξησιν λαβούσης καὶ ἀναδησαμένης τοῦτο μὲν ἔθνη καὶ δήμους ἐν αὐτῇ (Legendum esse puto ἐξ αὐτῆς. Cf. pag. 322 E.: ἀνεδεῖτο τὴν ἡγεμονίαν ἐξ ἐκείνης, pag. 243 A.: ἐκ τοῦ φιλοκάλου τῆς ψυχῆς ἀναδούμενος τὴν πίστιν, in vita Dionis c. 26 pag. 970 E.), τοῦτο δ' ἀλλοφύλους καὶ διαποντίους βασιλέων ἡγεμονίας, ἕδραν ἔσχε τὰ μέγιστα καὶ ἀσφάλειαν, εἰς κόσμον εἰρήνης καὶ ἕνα κύκλον τῆς ἡγεμονίας ἄπταιστον περιφερομένης.

Post ἱδρυθῆναί πως Stegmannus Nov. Ann. 1890 Vol. 141, pag. 198 inserit καὶ. Ita enim oppositio magis elucet καὶ αὐτὴν καὶ τοῖς ἄλλοις. Madvigius Advers. Critic. pag. 627 ἀμήχανος ἦν correxit pro ἀμήχανος ἡ.

Pag. 416 F. eos qui geniorum gentem non admittant, nullum inter deorum hominumque res commercium relinquere noster ait, cum vim interpretem atque administram tollant, comparatque genios cum aëre, inter terram et lunam interiecto; quem si quis subduceret, universi unitatem ac cohaerentiam solveret, vacuo inter eas et nexus carenti spatio existente: ὥσπερ οὖν εἰ τὸν ἀέρα τις ἀνέλοι καὶ ὑποσπάσειε τὸν μετάξυ γῆς καὶ σελήνης, ἐν μέσῳ κενῆς καὶ ἀσυνδέτου χώρας γενομένης, τὴν ἑνότητα διαλύσει καὶ

τὴν κοινωνίαν τοῦ παντός, οὕτως οἱ δαιμόνων γένος μὴ ἀπολείποντες, ἀνεπίμικτα τὰ τῶν θεῶν καὶ ἀνθρώπων ποιοῦσι καὶ ἀσυνάλλακτα, τὴν ἑρμηνευτικὴν καὶ διακονικὴν ἀναιροῦντες φύσιν.

Ἥλιος, *sol*, in comparatione occurrit pag. 764 C. Dicit ibi Plutarchus amorem post iram et aemulationem reconciliato amasio suaviorem esse et acriorem, sicut sol calidiores mittit radios caligine et nubibus remotis: ὡς δ' ἥλιος ἐκ νεφῶν καὶ μεθ' ὁμίχλην θερμότερος, οὕτως Ἔρως μετ' ὀργῆς καὶ ζηλοτυπίας ἐρωμένου διαλλαγέντος ἡδίων καὶ δριμύτερος. Lectio μετ' ὀργῆς καὶ ζηλοτυπίας non recte se habere puto. Nam amor non, dum irati sumus et aemulatione vexamur, maior est, sed ira et aemulatione sublata. Porro codicum lectione retenta comparatio claudicat. Nam etiam sol non nebulis obscuratus, sed nebulis remotis demum calidiores radios mittit. Itaque legendum esse suspicor μετ' ὀργὴν καὶ ζηλοτυπίαν.

Pag. 432 A. philosophus ait animum non corpore egressum demum vim divinandi adipisci, sed semper ea praeditum esse, caecari autem permixtione et confusione cum natura mortali, comparatque eum cum sole, non tum, cum nubes effugit, splendorem accipienti, sed splendorem quidem suum semper habenti, quem quominus ostendat impeditur interdum nebulis obortis: ὥσπερ γὰρ ὁ ἥλιος οὐχ ὅταν διαφύγῃ τὰ νέφη γίγνεται λαμπρός, ἀλλ' ἔστι μὲν ἀεὶ φαίνεται δ' ἡμῖν ἐν ὁμίχλῃ δυσφαὴς καὶ ἀμαυρός· οὕτως ἡ ψυχὴ τὴν μαντικὴν οὐκ ἐπικτᾶται δύναμιν ἐκβᾶσα τοῦ σώματος ὥσπερ νέφους, ἀλλ' ἔχουσα καὶ νῦν τυφλοῦται διὰ τὴν πρὸς τὸ θνητὸν ἀνάμιξιν αὐτῆς καὶ σύγχυσιν.

Pag. 806 A. viri civiles qui ad finem usque suos coluerunt praeceptores et exornaverunt idem facere

dicit quod obiecta soli corpora, ut id quod ipsos illustraverit vicissim ex se augeant et cum splendore repercutiant: οἱ δ' ἄλλοι καλῶς καὶ πολιτικῶς καὶ ἄχρι τέλους ἐθεράπευσαν καὶ συνεπεκόσμησαν (scil. τοὺς καθηγεμόνας τῶν πρακτέων), ὥσπερ τὰ πρὸς ἥλιον ὑφιστάμενα σώματα, τὸ λαμπρῦνον αὐτοὺς πάλιν ἀφ' ἑαυτῶν αὔξοντες καὶ συνεκφωτίζοντες.

Pag. 538 A. Plutarchus, invidia, inquit, prosperitatem sequitur iisdem vicissitudinibus atque umbra solem. Quo magis crescit prosperitas, eo minor fit invidia, sicut umbra eo magis minuitur, quo altius sol se attollit: ὥσπερ ὁ ἥλιος ὢν ἂν ὑπὲρ κορυφῆς γένηται, καταχεόμενος τὸ φῶς ἢ παντάπασι τὴν σκιὰν ἀνεῖλεν ἢ μικρὰν ἐποίησεν, οὕτω πολὺ τῶν εὐτυχημάτων ὕψος λαβόντων καὶ γενομένων κατὰ κεφαλῆς τοῦ φθόνου, συστέλλεται καὶ ἀναχωρεῖ καταλαμπόμενος.

A *luna* philosophus imaginem deprompsit pag. 564 D., ubi agens de colore animarum apud inferos dicit: τοὺς μέν, ὥσπερ ἡ καθαρωτάτη πανσέληνος, ἓν χρῶμα λεῖον καὶ συνεχὲς καὶ ὁμαλὲς ἱέντας.

Ἄστρον, *stella*. Pag. 326 B. Alexandrum Magnum cum stella comparat: Ἀλεξάνδρου, ὥσπερ ἄστρου, φερομένου καὶ διᾴττοντος ἐπὶ δυσμὰς ἐξ ἀνατολῶν.

Φῶς, *lumen*. Pag. 66 B. dicendi libertatem confert cum lumine. Homines, inquit, ad adulatores se avertunt, nisi morum lenitate et iucunditate temperata est libertas dicendi, sicut in umbram confugiunt ob nimium luminis fulgorem: δεῖ τὴν παρρησίαν ἤθει κεχρᾶσθαι καὶ λόγον ἔχειν ἀφαιροῦντα τὸ ἄγαν καὶ τὸ ἄκρατον αὐτῆς ὥσπερ φωτός, ἵνα μὴ ταραττόμενοι μηδ' ἀλγοῦντες ὑπὸ τῶν ἅπαντα μεμφομένων καὶ πᾶσιν ἐγκαλούντων καταφεύγωσιν εἰς τὴν τοῦ κόλακος σκιὰν καὶ πρὸς τὸ μὴ λυποῦν ἀποστρέφωνται.

Pag. 76. B. discrimen esse dicit profectuum in virtute comparans pravitatem cum umbra cedenti, dum ratio sensim animum illustrat: διαφέρουσιν αἱ προκοπαί, καθάπερ σκιᾶς, ἀνέσει τῆς μοχθηρίας τοῦ λόγου διαφωτίζοντος ἀτρέμα τὴν ψυχήν.

Σκιά, *umbra*, metaphorice positum occurrit pag. 165 F.: σκιὰν φεύγοντες ἀπάτης. In vita Demetrii c. 27 pag. 901 E. opinio umbra veritatis dicitur: ὡς τὴν δόξαν τῆς ἀληθείας σκιὰν οὖσαν. In vita Galbae c. 22 pag. 1062 F. Hordeanius Flaccus σκιὰ Γάλβα vocatur. Cf. pag. 407 A.

Σκότος, *caligo*, sensu translato legitur pag. 169 A.: τὸ τῆς δεισιδαιμονίας σκότος, *pag. 146 B.: προϊὼν ὁ χρόνος πολὺ σκότος ἐπάξει τοῖς πράγμασιν. In vita C. Gracchi c. 12 pag. 840 C. legimus C. Gracchum inimicis ipsum deridentibus dixisse, risum eos ridere Sardonium non intellegentes, ὅσον αὐτοῖς σκότος ἐκ τῶν αὐτοῦ περικέχυται πολιτευμάτων. In vita Ciceronis c. 25 pag. 873 B. Cicero dicitur Munatium rogavisse: σὺ γὰρ ἐκείνην τὴν δίκην ἀπέφυγες διὰ σαυτόν, οὐκ ἐμοῦ πολὺ σκότος ἐν φωτὶ τῷ δικαστηρίῳ περιχέαντος;

Ὀμίχλη, *nebula*. Pag. 460 A. scriptor dicit per iram res videri maiores, comparans eam cum nebula impedienti quominus recte videamus obiecta: ὡς γὰρ δι' ὀμίχλης τὰ σώματα, καὶ δι' ὀργῆς τὰ πράγματα μείζονα φαίνεται.

Χάλαζαι, *grandines*. Pag. 567 C. animae avarorum dicuntur apud inferos in lacubus plumbi indurari, tamquam grandines: ψυχὰς τῶν δι' ἀπληστίαν καὶ πλεονεξίαν πονηρῶν αὐτόθι (scil. ἐν λίμνῃ τοῦ μολίβδου) γενομένας σκληράς, ὥσπερ αἱ χάλαζαι, κ. τ. λ.

A *fulmine* philosophus duxit imaginem pag. 343 E., ubi Alexandri Magni in Oxydracis saltum terribilem, cum

de muro se ipse in hostes demisit, hastis iaculis strictis gladiis eum excipientes, comparat cum fulminis igne, cum impetu et flatu se proripientis: Ἀλεξάνδρου δ' ἐν Ὀξυδράκαις τὸ δεινὸν ἐκεῖνο πήδημα καὶ ἄπιστον ἀκούουσι καὶ θεωμένοις φοβερόν, ἐκ τειχῶν ἀφέντος ἑαυτὸν εἰς τοὺς πολεμίους δόρασι καὶ βέλεσι καὶ ξίφεσι γυμνοῖς ἐκδεχομένους, τίνι ἄν τις εἰκάσειεν ἢ πυρὶ κεραυνίῳ ῥαγέντι καὶ φερομένῳ μετὰ πνεύματος;

§ 4. Metaphorae a terra ductae.

Primum vocabula ὅρος, *finis* et μεθόριον, *confinium*, sensu translato dicta saepius apud nostrum reperiuntur, veluti in compar. Bruti et Dionis c. 3 pag. 1010 E.: Βροῦτον, ἔχθρας ὅρῳ καὶ φιλίας ἑνὶ χρώμενον τῷ δικαίῳ, in vita Galbae c. 16 pag. 1060 B.: τοῦ δὲ πράγματος ὅρον οὐκ ἔχοντος, pag. 126 A.: τοὺς ὅρους τῆς ἡδονῆς μετατιθέναι εἰς τοὔμπροσθεν. Cf. in vita Bruti c. 42 pag. 1003 F.

Pag. 740 E. anima Elpenoris non manium in numerum referenda esse dicitur, sed insepulto corpore tamquam in confinibus terrae et orci etiamnum vagari: ἡ μὲν Ἐλπήνορος (scil. ψυχή), οὔπω καταμεμιγμένη ταῖς ἐν ᾅδου διὰ τὸ μὴ τεθάφθαι τὸν νεκρόν, ὥσπερ ἐν μεθορίοις πλανᾶται.

Pag. 416 C. ait philosophus naturas esse quasdam, veluti in confinio deorum atque hominum interpositas: φύσεις εἰσί τινες ὥσπερ ἐν μεθορίῳ θεῶν καὶ ἀνθρώπων. Cf. pag. 133 D., 132 E., 777 C.

Pag. 530 A. pudor vitiosus, turpissimis quibusque rebus et vitiis occupandum se praebens comparatur cum loco humili et molli, facilem aditum omni hosti praebenti: ὅθεν, ὥσπερ χωρίον ὕπτιον καὶ μαλακὸν ἡ δυσωπία.

μηδεμίαν ἔντευξιν ἐξῶσαι μηδ' ἀποστρέψαι δυναμένη, τοῖς αἰσχίστοις βάσιμός ἐστι πάθεσι καὶ πράγμασι.

Pag. 650 D. Plutarchus dicit in senum corporibus vinum moras facere siccitate attractum comparans ea cum regionibus siccis, in quibus aqua facile subsidit: ὡς οὖν τὰ ῥεύματα τῶν μὲν πυκνῶν ἀποκλύζεται χωρίων καὶ πηλὸν οὐ ποιεῖ, τοῖς δ' ἀραιοῖς ἀναμίγνυται μᾶλλον, οὕτως ὁ οἶνος ἐν τοῖς τῶν γερόντων σώμασιν ἔχει διατριβήν, ἑλκόμενος ὑπὸ τῆς ξηρότητος.

§ 5. METAPHORAE A MARI, FLUCTIBUS, VENTIS PETITAE.

Amplam metaphorarum et comparationum materiem mare, fluctus, venti Plutarcho praestiterunt. Primum translationes a mari ductas recenseamus.

Sic πέλαγος in comparatione occurrit pag. 1107 A., ubi infinitum in quod animus post mortem effunditur cum vasto mari confertur: τῆς ψυχῆς, ὥσπερ εἰς πέλαγος ἀχανές, τὸ ἄπειρον ἐκχεομένης.

In compar. Aristidis et Catonis c. 1 pag. 353 B. Cato dicitur in Romanorum rem publicam tamquam vastum aliquod mare se immisisse: ὁ δὲ Κάτων ἀφῆκεν ἑαυτόν, ὥσπερ εἰς πέλαγος ἀχανές, τὴν ἐν Ῥώμῃ πολιτείαν.

In vita Alexandri c. 32 pag. 683 C. soni incerti vocesque confusae ab hostium castris auditae comparantur cum strepitu maris: ἀτέκμαρτος δέ τις φωνὴ συμμεμιγμένη καὶ θόρυβος καὶ ψόφος ἐκ τοῦ στρατοπέδου καθάπερ ἐξ ἀχανοῦς προςήχει πελάγους.

In vita Ciceronis c. 6 pag. 863 E. de rumoribus, nullo vestigio relicto oblivioni datis, eadem imago occurrit: τότε μὲν οὖν ἐξαθυμῆσαι παντάπασιν, εἰ καθάπερ εἰς

πέλαγος ἀχανὲς τὴν πόλιν ἐμπεσὼν ὁ περὶ αὐτοῦ λόγος, οὐδὲν εἰς δόξαν ἐπίδηλον πεποίηκεν.

Item ad maris infinitatem spectat imago pag. 399 A., ubi tempus cum mari infinito comparatur: Σίβυλλαι δ' αὗται καὶ Βάκιδες ὥσπερ εἰς πόντον ἀτεκμάρτως τὸν χρόνον κατέβαλον καὶ διέσπειραν ὡς ἔτυχε παντοδαπῶν ὀνόματα καὶ ῥήματα παθῶν καὶ συμπτωμάτων.

Denique huc referendum est, quod legimus in vita Aemilii Pauli c. 25 pag. 268 E.: ὁ λόγος καταδύς, ὥσπερ εἰς πέλαγος ἀχανές, τὸν ἄπειρον ὄχλον.

Σάλος, *salum*, sensu perturbationis passim occurrit, velut pag. 129 A.: σάλους τοῦ σώματος. In vita Pompei c. 53 pag. 647 D. civitas perturbata post Iuliae mortem comparatur cum mari fluctuanti: εὐθὺς γὰρ ἐκύμαινεν ἡ πόλις καὶ πάντα τὰ πράγματα σάλον εἶχεν. Cf. in vita Alexandri c. 11 pag. 670 B.: τὰ πράγματα πολὺν σάλον ἔχοντα, in vita Phocionis c. 3. pag. 743 A.: τῆς πατρίδος πολὺν σάλον ἐχούσης, in vita Galbae c. 10 pag. 1057 B.: ἐν σάλῳ γενομένην τὴν Γαλατίαν, in vita Arati c. 38 pag. 1044 F., c. 41 pag. 1046 D.

Item κλύδων in metaphora occurrit in vita Fabii Maximi c. 16 pag. 183 D.: ἐν κλύδωνι τῆς φυγῆς, in vita Coriolani c. 32 pag. 228 F.: ἐν κλύδωνι τῆς πόλεως, in vita Marii c. 11 pag. 411 D.: πολέμου κλύδωνα, in vita Galbae c. 26 pag. 1065 A.: τοῦ φωρείου, καθάπερ ἐν κλύδωνι, δεῦρο κἀκεῖ διαφερομένου. Cf. in vita Pyrrhi c. 24 pag. 405 D., in vita Iulii Caesaris c. 33 pag. 724 A., in vita Agesilai c. 31 pag. 613 B.

Similiter χειμών multis locis tropice positum reperitur. Sic pag. 129 A.: χειμῶνας τοῦ σώματος, in vita Arati c. 38 pag. 1044 F.: ἐν τοσούτῳ χειμῶνι τῶν 7

μάτων. In vita Pyrrhi c. 21 pag. 405 D. de Pyrrho, pugnae strepitum intuenti, dicitur: ἐφορῶν τὸν περιέχοντα χειμῶνα καὶ κλύδωνα Pag. 515 C.: πάθη χειμῶνας τῇ ψυχῇ παρέχοντα. Cf. etiam pag. 555 A., 501 D., 126 C.

Κυμαίνειν, *fluctuare, aestuare,* metaphorice dictum invenitur de iuventute pag. 754 C.: τὰ νέα κυμαίνει, de acie in vita Pompei c. 69 pag. 654 B.: τὸ πλεῖστον τῆς στρατιᾶς κυμαῖνον, de convivio pag. 713 E.: ἐν συμποσίῳ κυμαίνοντι, de civitate in vita Pompei c. 53 pag. 647 D.: ἡ πόλις ἐκύμαινε. Conferri quoque potest in vita Numae c. 2 pag. 60 E.

Ῥόθιον, *undarum strepitus,* translate dictum invenimus pag. 323 F.: τὸ ῥόθιον τῆς εἰς τοσαύτην δύναμιν καὶ αὔξησιν ὁρμῆς. Pag. 819 F. aura popularis dicitur τὸ παρὰ τῶν ὄχλων ῥόθιον.

Κατακλύζειν, *inundare,* metaphorice usurpatum reperimus pag. 324 C.: τριάκοντα μυριάδες ἀνδρῶν κατακλύσουσιν Ἰταλίαν.

Pag. 731 C. ab *effusione maris* imago petita est, ubi anima affectiones intra certos fines coërcere dicitur, sicut mare effusiones: ἔχει δέ τινα τάξιν τὸ ἄτακτον αὐτῆς καὶ τὰ μέτρα τηρεῖ (scil. ἡ ψυχή) τοῖς πάθεσιν, ὥσπερ ἡ θάλαττα ταῖς ὑπερκεχύσεσιν.

Ἀκύμων, proprie de *mari* dictum, ad vitam otiosam transfertur. Sic pag. 602 C. Tiberius dicitur Capreis non habuisse ἀκύμονα τὴν νησιῶτιν ἡσυχίαν. Cf. *pag. 8 A.: βίον ἀκύμονα, pag. 465 A., in vita Galbae c. 10 pag. 1057 D.

Γαλήνη, *maris tranquillitas,* passim in metaphora legitur saepissimeque cum εὐδία coniungitur, velut pag. 126 C.: ἐν σαρκὸς εὐδίᾳ καὶ γαλήνῃ, pag. 759 B.:

ἡ Πυθία τοῦ τρίποδος ἐκβᾶσα ἐν γαλήνῃ καὶ ἡσυχίᾳ διατελεῖ, pag. 477 A.: εὐδίαν παρέχειν βίῳ καὶ γαλήνην. Cf. etiam pag. 751 E., 610 A., 777 A., 136 C., 45 B., 662 C.

Ῥεῖν quoque et composita frequentissime sensu translato adhibita occurrunt. Sic ῥεῖν dicitur de fama, rumoribus pag. 394 B.: τὰς τοιαύτας φήμας ῥυείσας, in vita Numae c. 2 pag. 60 C.: ῥυῆναι τὸν λόγον. In vita Aristidis c. 14 pag. 326 E. de equitatu impetum facienti usurpatur: τῆς ἵππου ῥυείσης ἐπ' αὐτούς. Pag. 327 D. legimus: τὸ Περσικὸν χρυσίον διὰ τῶν ἑκασταχοῦ δημαγωγῶν ῥέον ἐκίνει τὴν Πελοπόννησον, cf. pag. 167 F.

Συρρεῖν. In vita Ciceronis c. 10 pag. 866 B.: τῶν δὲ πλούτων εἰς ἀγεννεῖς καὶ ταπεινοὺς συνερρυηκότων ἀνθρώπους, in vita Agidis c. 5 pag. 797 D.: τῆς εὐπορίας εἰς ὀλίγους συρρυείσης, in vita Sullae c. 13 pag. 460 A.

Ἐπιρρεῖν. Pag. 49 D., 324 C., 479 B.

Ὑπορρεῖν. Pag. 405 E., 437 D., 465 E.

Ἀπορρεῖν. In vita Arati c. 51 pag. 1050 F.: ὁ δ' Ἄρατος ἀπορρέων ἤδη τῆς αὐλῆς, i. e. Aratus se iam ex aula subducens. Cf. pag. 465 B., 473 E.

Ἀπόρροα. Pag. 99 C.: αἱ τέχναι ἀπόρροαί εἰσι φρονήσεως. Cf. pag. 422 C.

Εὔροια. Pag. 323 F.: εὔροια τῶν πραγμάτων, in vita Periclis c. 20 pag. 164 A., in vita Ciceronis c. 4 pag. 862 C.

In vita Quinctii Flaminini c. 9 pag. 374 B. legimus: τῆς δυνάμεως εὐροούσης. Cf. pag. 548 E., 24 F.

Ῥεῦμα tropice dictum reperitur pag. 514 D.: ῥεύματι πολλῷ φέρεσθαι εἴς τινα, pag. 168 A.: ῥεῦμα δαιμόνιον ἄτης φέρεται. Cf. pag. 41 C., 609 B., 658 C. In comparatione legitur pag. 346 D., ubi Thebanorum copiae,

urbem Mantinensium adorientes, cum fluctu comparantur: ὡς ῥεῦμα τὴν δύναμιν ἀθρόαν ἐμπίπτουσαν. Cf. pag. 68 A.

Tempus, ut apud nostrates, cum flumine comparatur pag. 432 B.: τοῦ χρόνου καθάπερ ῥεύματος ἕκαστα παραφέροντος.

Χειμάρρους, *torrens*. Pag. 5 E. Plutarchus bellum cum torrenti, omnia proruenti, confert: ὅ γε μὴν πόλεμος χειμάρρου δίκην πάντα σύρων.

Pag. 324 B. Hannibalis exercitum, in Italia omni Carthaginiensium subsidio destitutum, cum torrenti comparat, qui aqua deficiente exarescit: οὗτος (scil. ὁ δαίμων τῶν Ῥωμαίων) Ἀννίβαν τὸν Καρχηδόνιον φθόνῳ καὶ ταῖς πολεμικαῖς ἔχθραις μηδενὸς οἴκοθεν ἐπιρρέοντος ὥσπερ χείμαρρον ἐξέχεε καὶ κατανήλωσε περὶ τὴν Ἰταλίαν.

Pag. 134 B. fames per medicamenta et vomitus excitata cum turbulento torrenti comparatur: γίγνονται γὰρ αἱ πεῖναι, καθάπερ τὰ κοπτόμενα ῥεῖθρα, τραχεῖαι καὶ χαραδρώδεις καὶ βίᾳ τὴν τροφὴν ἕλκουσιν ἀεὶ λυττῶσαι. Offendit vocabulum κοπτόμενα, quod Wyttenbachius explicat ut sit agitata, percussa remis contis aliave ratione, quibus continuo deinceps et vacuus fit locus et repletur. Malim tamen cum Madvigio Advers. Critic. pag. 624 legere ἀνακοπτόμενα, i. e. quorum cursus retro cogitur. Quae coniectura stabilitur loco ex vita Caesaris c. 38 pag. 726 C., ubi de flumine aestu maris retro averso dicitur: πρὸς δὲ τὴν πλημμύραν τῆς θαλάττης καὶ τὴν ἀντίβασιν τοῦ κλύδωνος ἀγριαίνων ὁ ποταμὸς καὶ τραχὺς ἅμα καὶ κτύπῳ μεγάλῳ καὶ σκληραῖς ἀνακοπτόμενος δίναις ἄπορος ἦν βιασθῆναι τῷ κυβερνήτῃ.

Πηγή, *fons*, sensu translato originis invenitur *pag. 8 C.: πηγὴ καλοκαγαθίας τὸ νομίμου τυχεῖν παιδείας, pag.

38 C.: τὰς ἐφ' ἡδονὴν ὁρμὰς αὐτόχθονας πηγὰς νοσημάτων οὔσας, pag. 56 B.: τὸ ἦθος πηγὴ τοῦ βίου.

In vita Pyrrhi c. 21 pag. 397 C. scriptor dicit Pyrrhum proelio ad Asculum facto magnam partem militum amisisse, τοῖς δὲ Ῥωμαίοις ὥσπερ ἐκ πηγῆς οἴκοθεν ἐπιρρεούσης ἀναπληροῦσθαι εὐπόρως καὶ ταχὺ τὸ στρατόπεδον. Cf. in vita Pompei c. 50 pag. 646 A., pag. 100 C., 467 A., 437 C., 557 E.

Pag. 411 E. oracula non amplius extantia confert cum amnibus exsiccatis: τὴν Βοιωτίαν ἕνεκα χρηστηρίων πολύφωνον οὖσαν ἐν τοῖς πρότερον χρόνοις νῦν ἐπιλέλοιπε κομιδῇ καθάπερ νάματα καὶ πολὺς ἐπέσχηκε μαντικῆς αὐχμὸς τὴν χώραν.

Pag. 93 F. amicitiam, si in multos dissipetur, evanescere dicit, sicut amnes in multos divisi alveos, inertes fluunt ac tenues: ὥσπερ οἱ ποταμοὶ πολλὰς σχίσεις καὶ κατατομὰς λαμβάνοντες ἀσθενεῖς καὶ λεπτοὶ ῥέουσιν, οὕτω τὸ φιλεῖν ἐν ψυχῇ σφοδρὸν πεφυκὸς εἰς πολλοὺς μεριζόμενον ἐξαμαυροῦται.

Pag. 164 E. deorum inscitiam atque ignorantiam confert cum flumine iam inde ab initio in duos rivos dimananti, quorum alter durum, alter mollem alveum habet. Quemadmodum durum solum omnino non bibit aquam, molle vero nimis cupide aquam haurit, ita animi deorum inscitia varie afficiuntur: dura ingenia negant esse deos, mollia ad superstitionem dilabuntur: τῆς περὶ θεῶν ἀμαθίας καὶ ἀγνοίας εὐθὺς ἐξ ἀρχῆς δίχα ῥυείσης τὸ μὲν ὥσπερ ἐν χωρίοις σκληροῖς, τοῖς ἀντιτύποις ἤθεσι τὴν ἀθεότητα, τὸ δ' ὥσπερ ἐν ὑγροῖς, τοῖς ἁπαλοῖς τὴν δεισιδαιμονίαν ἐμπεποίηκεν. Cf. etiam pag. 66 B., in vita Alexandri c. 75 pag. 706 B.

Denique imagines quaedam a *ventis* ductae sequantur.

Sic pag. 88 E. Plutarchus vitam vitiosam opprobria ad se trahentem comparat cum caecia nubes contrahenti: ὡς γὰρ ὁ καχίας τὰ νέφη καὶ ὁ φαῦλος βίος ἐφ' ἑαυτὸν ἕλκει τὰς λοιδορίας.

Pag. 555 A. dicit acerbam audacemque pravitatem usque ad ipsum facinus peractum summa vi praesto esse, postea autem animi tamquam venti impetu deficiente mollitam abiectamque metui deorum hominumque obnoxiam fieri: ἡ γὰρ ἰταμότης ἐκείνη καὶ τὸ θρασὺ τῆς κακίας ἄχρι τῶν ἀδικημάτων ἰσχυρόν ἐστι καὶ πρόχειρον, εἶτα τοῦ πάθους ὥσπερ πνεύματος ὑπολείποντος, ἀσθενὲς καὶ ταπεινὸν ὑποπίπτει τοῖς φόβοις καὶ ταῖς δεισιδαιμονίαις.

Pag. 97 E. in disputatione „de fortuna" imago legitur a vento pulverem et sordes exagitanti ac dissipanti ducta: εἰ τὰ τῆς εὐβουλίας ἔργα τῆς τύχης δικαιοῦμεν εἶναι, μεθέμενοι τῶν οἰκείων λογισμῶν εἰς τὴν τύχην ἑαυτοὺς ἀφῶμεν, ὥσπερ ὑπὸ πνεύματος πολλοῦ κονιορτὸν ἢ συρφετόν, ἐλαυνομένους καὶ διαφερομένους.

§ 6. Metaphorae ab igne ductae.

Frequentissimus est usus metaphoricus verborum σβεννύναι, ἀποσβεννύναι, κατασβεννύναι, φλέγειν, μαραίνειν.

Sic σβεννύναι, *extinguere*, sensu translato usurpatum reperimus de dolore pag. 610 F.: ἔσβεσε τὸ λυποῦν, de avaritia pag. 523 F.: φιλαργυρίαν οὐ σβέννυσιν ἀργύριον, de furore pag. 361 D.: σβέσασα τὴν μανίαν, cf. pag. 366 B.

Κατασβεννύναι de pulchritudine in vita Antonii c. 82 pag. 953 E.: ἡ μέντοι χάρις ἐκείνη καὶ τὸ τῆς ὥρας ἰταμὸν οὐ κατέσβεστο παντάπασιν, de seditione in vita Ciceronis c. 22 pag. 872 A.: μέγιστον τῶν πώποτε νεωτερισμῶν

κατέσβεσε, de spe pag. 129 C.: κατασβεννόουσι τὰς ἐλπίδας, de invidia pag. 538 A.: αἱ δὲ τῶν εὐτυχημάτων ὑπεροχαὶ καὶ λαμπρότητες πολλάκις τὸν φθόνον κατασβεννύουσιν, cf. pag. 168 F., 954 A., 372 A., 446 D.

Ἀποσβεννύναι de vento pag. 419 B.: ἀποσβεννύναι τὸ πνεῦμα, de gloria in vita Dionis c. 24 pag. 968 B.: τῆς τυραννίδος τὸ λαμπρὸν ἀποσβέσειν, de morte in vita Artaxerxis c. 30 pag. 1027 B.: εὐθὺς ὑπὸ λύπης καὶ δυσθυμίας ἀπεσβέσθη, cf. pag. 167 B., in vita Philopoemenis c. 20 pag. 368 B.

Μαραίνειν de dolore pag. 610 B.: οὐκ ἐῶσαι τὴν λύπην αὐτὴν ἐφ' ἑαυτῆς μαρανθῆναι, de ira in vita Bruti c. 21 pag. 993 D.: ὅταν μαρανθῇ τὸ τῆς ὀργῆς, de vento in vita Pyrrhi c. 15 pag. 392 C.: μαραινομένου τοῦ πνεύματος, de fortuna in vita Dionis c. 24 pag. 968 B.: ἔφραζε δεδιέναι, μὴ αἱ καλαὶ πράξεις μαρανθῶσι, de potentia in vita Bruti c. 8 pag. 987 D.: τὴν δύναμιν μαρανθῆναι, de hominibus in vita Eumenis c. 11 pag. 590 A.: αὐτῶν ὑπὸ τῆς ἀπραξίας μαραινομένων, cf. pag. 366 E., in vita Caesaris c. 3 pag. 708 D.

Καίειν de amore pag. 61 A.: Ἀντώνιον οἱ φίλοι τῆς Αἰγυπτίας ἐρῶντα καὶ καιόμενον ἀνέπειθον, cf. pag. 753 A.: ἐρᾶται γὰρ αὐτοῦ καὶ καίεται.

Φλέγειν de homine in vita Marcelli c. 28 pag. 314 D.: οἱ μάντεις κατεῖχον αὐτὸν ἐν Ῥώμῃ σπαργῶντα καὶ φλεγόμενον, pag. 46 D.: αἰσχύνῃ φλεγόμενον τὴν ψυχήν, pag. 451 E.: φλέγεσθαι ἀνοίᾳ, cf. pag. 610 C., in vita Philopoemenis c. 9 pag. 361 B.

Saepius quoque apud nostrum occurrit proverbium πῦρ ἐπὶ πῦρ, de quo vide Zenobium V, 69. Confer nostrum: *olie in 't vuur*. Sic pag. 61 A: ἂν δὲ πρὸς

ἑταίραν ἢ μοιχεύτριαν ἐρωμένην κνησμός τις ἐξ ὀργῆς καὶ ζηλοτυπίας ἐγγένηται, πάρεστιν εὐθὺς μετὰ παρρησίας λαμπρᾶς ἡ κολακεία, πῦρ ἐπὶ πῦρ εἰσφέρουσα καὶ δικαιολογουμένη καὶ κατηγοροῦσα τοῦ ἐρῶντος ὡς ἀνέραστα πολλὰ καὶ σκληρὰ καὶ νεμεσητὰ ποιοῦντος. Cf. pag. 143 F., 123 F., 610 C., in vita Artaxerxis c. 28 pag. 1025 E.

Ἀναζωπυρεῖν, proprie *follis flatu ignem excitare* significans, tropice adhibitum reperimus de inimicitia pag. 616 E.: ἔχθραν τῇ φιλοτιμίᾳ πάλιν ἀναζωπυροῦμεν, de moribus pag. 941 C.: σβεννύμενον ἤδη τὸ Ἑλληνικὸν οἷον ἀναζωπυρῆσαι, de cibi cupiditate pag. 663 F.: τὴν ὄρεξιν ἀναζωπυρῆσαι παγχάλεπον, cf. pag. 695 A., 600 B.

Pag. 138 F. Plutarchus amorem cum igne comparat, dicens recens coniunctorum acrem amorem, qui ex corporea formositate accenditur, non stabilem nec durabilem putandum esse, nisi circum animum occupatus animique pulcritudini se applicans spiritalem ipse habitum nanciscatur, sicut ignis in paleis, ellychniis aut pilis leporum facillime exardescit, mox autem extinguitur, nisi materiam, quae ei sustinendo et nutriendo sit apta, inveniat: ὥσπερ τὸ πῦρ ἐξάπτεται μὲν εὐχερῶς ἐν ἀχύροις καὶ θρυαλλίδι καὶ θριξὶ λαγῴαις, σβέννυται δὲ τάχιον ἂν μή τινος ἑτέρου δυναμένου στέγειν ἅμα καὶ τρέφειν ἐπιλάβηται, οὕτω τὸν ἀπὸ σώματος καὶ ὥρας ὀξὺν ἔρωτα τῶν νεογάμων ἀναφλεγόμενον δεῖ μὴ διαρκῆ μηδὲ βέβαιον νομίζειν, ἂν μὴ περὶ τὸ ἦθος ἱδρυθεὶς καὶ τοῦ φρονοῦντος ἁψάμενος ἔμψυχον λάβῃ διάθεσιν.

Alibi pag. 454 F. simillima imagine iram cum igne confert: καθάπερ οὖν τὴν φλόγα θριξὶ λαγῴαις ἀναπτομένην καὶ θρυαλλίσι καὶ συρφετῷ ῥᾴδιόν ἐστιν ἐπισχεῖν· ἐὰν δ' ἐπιλάβηται τῶν στερεῶν καὶ βάθ... ἔφθειρε καὶ

συνεῖλεν „ὑψηλὸν ἡβάσασα τεκτόνων πόνον” ὥς φησιν Αἰσχύλος· οὕτως ὁ τῷ θυμῷ προςέχων ἐν ἀρχῇ καὶ κατὰ μικρὸν ἔκ τινος λαλιᾶς καὶ βωμολοχίας συρφετώδους ὁρῶν καπνίζοντα καὶ διακαόμενον, οὐ μεγάλης δεῖται πραγματείας, ἀλλὰ πολλάκις αὐτῷ τῷ σιωπῆσαι καὶ καταμελῆσαι κατέπαυσεν.

Pag. 633 F. nascentem adhuc amorem et latentem irasci iis, qui ipsum detegant, manifestum autem atque auctum ali iocis, iisque quasi afflatum arridere dicit comparans amorem cum igne, quem initio ab imbecillitatem facile spiritus exstinguit, auctum autem nutrit ac roborat: ὡς γὰρ τὸ πῦρ ἐν ἀρχῇ μὲν ἀποσβέννυσι τὸ πνεῦμα διὰ τὴν ἀσθένειαν, αὐξηθέντι δὲ τροφὴν παρέχει καὶ ῥωμήν, οὕτω φυόμενος ὁ ἔρως ἔτι καὶ λανθάνων δυσκολαίνει καὶ ἀγανακτεῖ πρὸς τοὺς ἀποκαλύπτοντας, ἐκλάμψας δὲ καὶ διαφανείς, τρέφεται καὶ προςγελᾷ τοῖς σκώμμασι φυσώμενος.

Pag. 474 D. cum flamma vento agitata comparat voluptatem divitiarum fruendarum quae, ut nimia cupiditate optatur, ita maximum timorem iniicit ne nos non stabilis comitetur: ἡ γὰρ σφοδρὰ περὶ ἕκαστον (scil. πλοῦτον, δόξαν, δύναμιν, ἀρχήν) ἐπιθυμία, σφοδρότατον φόβον ἐμποιοῦσα τοῦ μὴ παραμενεῖν, ἀσθενῆ τὴν χάριν ποιεῖ καὶ ἀβέβαιον ὥσπερ φλόγα καταπνεομένην.

Pag. 824 F. seditionem Plutarchus cum incendio confert. Dicit nempe non semper contentiones de publicis negotiis excitare seditionem civitatis, sed saepenumero ex rebus et offensis privatis in publicum propagatas lites exagitare civitatem, sicut incendium non saepe a sacris et publicis exoritur locis, sed plerumque neglecta in domo aliqua lucerna aut inflammatus sordium acervus ingentem edunt ignem ac publicum detrimentum afferunt: ὥσπερ ἐμπρησμὸς οὐ πολλάκις ἐκ τόπων ἱερῶν ἄρχεται καὶ δημοσίων, ἀλλὰ

λύχνος τις ἐν οἰκίᾳ παραμεληθεὶς ἢ συρφετὸς διακαεὶς ἀνῆκε φλόγα πολλὴν καὶ δημοσίαν φθορὰν ἀπεργάζεται· οὕτως οὐκ ἀεὶ στάσιν πόλεως αἱ περὶ τὰ κοινὰ φιλονικίαι διακαίουσιν, ἀλλὰ πολλάκις ἐκ πραγμάτων καὶ προσκρουμάτων ἰδίων εἰς δημόσιον αἱ διαφοραὶ προελθοῦσαι συνετάραξαν ἅπασαν τὴν πόλιν.

INDEX VERBORUM.

THESES.

THESES.

I.

Xenophon Memor. I, 3, 3: οὔτε γὰρ τοῖς θεοῖς ἔφη καλῶς ἔχειν, εἰ ταῖς μεγάλαις θυσίαις μᾶλλον ἢ ταῖς μικραῖς ἔχαιρον· πολλάκις γὰρ ἂν αὐτοῖς τὰ παρὰ τῶν πονηρῶν μᾶλλον ἢ τὰ παρὰ τῶν χρηστῶν εἶναι κεχαρισμένα· οὔτ᾽ ἂν τοῖς ἀνθρώποις ἄξιον εἶναι ζῆν, εἰ τὰ παρὰ τῶν πονηρῶν μᾶλλον ἦν κεχαρισμένα τοῖς θεοῖς ἢ τὰ παρὰ τῶν χρηστῶν.

Lego: οὔτ᾽ αὖ.

II.

Xenophon Hell. II, 3, 27: ὡς δὲ ταῦτα ἀληθῆ, ἢν κατανοῆτε, εὑρήσετε οὔτε φέγοντα οὐδένα μᾶλλον Θηραμένους τουτουὶ τὰ παρόντα οὔτε ἐναντιούμενον, ὅταν τινὰ ἐκποδὼν βουλώμεθα ποιήσασθαι τῶν δημαγωγῶν.

Legendum: ὡς δὲ ταῦτα ἀληθῆ, εὑρήσετε, ἢν κατανοῆτε οὔτε φέγοντα κ. τ. λ.

III.

Plutarchus in vita Artaxerxis c. 28 pag. 1026 A.: οὐ μὴν ἀλλὰ τὸ μέγεθος τὸ τῆς ἀρχῆς καὶ τὸ πρὸς τὸν Ὦχον τοῦ Δαρείου δέος ὑπόθεσιν τῷ Τηριβάζῳ παρεῖχε· Κυπρογένεια δ' οὐ πάμπαν ἀναίτιος, ἡ τῆς Ἀσπασίας ἀφαίρεσις.

Delenda sunt, ut glossema, verba: ἡ τῆς Ἀσπασίας ἀφαίρεσις.

IV.

Plutarchus de fortuna Romanorum pag. 317 C.: μέχρι οὗ τῆς Ῥώμης ἰσχὺν καὶ αὔξησιν λαβούσης καὶ ἀναδησαμένης τοῦτο μὲν ἔθνη καὶ δήμους ἐν αὐτῇ, τοῦτο δ' ἀλλοφύλους καὶ διαποντίους βασιλέων ἡγεμονίας, ἕδραν ἔσχε τὰ μέγιστα κ. τ. λ.

Legendum puto: ἐξ αὐτῆς.

V.

Plutarchus Amator. pag. 751 E.: ὁ Σόλων .... ὥσπερ ἐκ ζάλης καὶ χειμῶνος καὶ τῶν παιδικῶν ἐρώτων ἔν τινι γαλήνῃ τῇ περὶ τὸν γάμον καὶ φιλοσοφίαν θέμενος τὸν βίον.

Legatur: ὥσπερ ἐκ ζάλης καὶ χειμῶνος τῶν παιδικῶν ἐρώτων κ. τ. λ.

VI.

Plutarchus Amator. pag. 764 C.: ὡς δ' ἥλιος ἐκ νεφῶν καὶ μεθ' ὁμίχλην θερμότερος, οὕτως Ἔρως μετ' ὀργῆς καὶ ζηλοτυπίας ἐρωμένου διαλλαγέντος ἡδίων καὶ δριμύτερος.

Lege: μετ' ὀργὴν καὶ ζηλοτυπίαν.

VII.

Plutarchus Quaest. Conviv. VII, 6 pag. 709 E.: τοὺς μοχθηρούς, ὅσῳ μᾶλλον ἐπιλαμβάνονται ἡμῶν καὶ συμπλέκονται, καθάπερ βάτους, ἀναιρεῖν καὶ ὑπερβατέον ἐστίν.
Legatur: ἀναιρετέον.

VIII.

Plutarchus de exilio pag. 607 E.: ἡ ψυχὴ ... ἐὰν μικρὸν ἐνταῦθα τόπον ἐκ τόπου παραλλάξῃ, δυσανασχετεῖ καὶ ξενοπαθεῖ καθάπερ φυτὸν ἀγεννὲς ἀπομαραινομένη.
Legendum puto: φυτὸν ἀλλογενές. (Cf. dissert. pag. 122).

IX.

Plutarchus de fortuna Romanorum pag. 317 B.: ἀμήχανος ἦν φορὰ καὶ πλάνη καὶ μεταβολὴ πᾶσα πάντων κ. τ. λ.
Lege: φθορά. (Cf. dissert. pag. 127).

X.

Recte Aeschines contendebat per leges Atheniensium non licere Demosthenem in theatro corona donari.

XI.

Iudicium Neumanni (Geschichte Roms I, pag. 450 sqq.) de Livio Druso prorsus iniquum est.

XII.

Ihnii (Röm. Geschichte V, pag. 243) sententiam de lege iudiciaria Livii Drusi approbare non possum.

XIII.

Ius iurandum sociorum, a Diodoro XXXVII, 11 memoratum, fictum puto a Drusi inimicis.

XIV.

Velleius Paterculus non adulatus est Tiberio.

XV.

Taciti expositio de Germanici expeditione in Germaniam et de morte Germanici vituperanda est.

XVI.

In historia Spurii Maelii fragmenta Dionysii, anno 1848 reperta, fide digniora sunt quam traditio vulgaris.

XVII.

Errat Mommsen (Röm. Forschungen I, pag. 257) contendens senatores pedarios non habuisse ius sententiae dicendae.

XVIII.

Livius XXII, 8, 6. Prave quidam legunt: et quia et consul aberat, a quo uno dici posse videbatur, nec per occupatam armis Punicis Italiam facile erat aut nuntium aut litteras mitti, nec dictatorem *populus* creare poterat, quod numquam ante eam diem factum erat, *prodictatorem* populus creavit Q. Fabium Maximum et magistrum equitum M. Minucium Rufum.

Legendum videtur: nec dictatorem *praetor* creare poterat, quod numquam ante eam diem factum erat, *dictatorem* populus creavit etc.

XIX.

Livius XXII, 3, 6: et laeva relicto hoste *Faesulas* petens medio Etruriae agro praedatum profectus etc.

Faesulas haud dubie spurium est. Legendum suspicor: *Mensulas.*

XX.

Livius XXII, 18, 2: luce prima sub iugo montis proelium fuit, quo interclusam a suis levem armaturam facile — etenim numero aliquantum praestabant — Romani superassent, nisi Hispanorum cohors ad id ipsum remissa ab Hannibale *pervenisset.*

Cum Gronovio legendum est: *supervenisset.*

XXI.

Cicero pro Coelio § 22. Hoc ex genere si qui se in hoc iudicium forte proiecerint, excluditote eorum cupiditatem, iudices, sapientia vestra; ut eodem tempore et huius saluti et religioni vestrae et contra periculosissimas hominum *potentias* condicioni omnium civium providisse videamini.

Lege: *impotentias.*

XXII.

Tacitus Histor. I, 71: Otho interim contra spem omnium non deliciis nec desidia torpescere: dilatae

voluptates, dissimulata luxuria et cuncta ad decorem imperii composita, eoque plus formidinis *afferebant* falsae virtutes et vitia reditura.

Legatur: eoque plus formidinis *afferebat:* falsae virtutes et vitia reditura.

XXIII.

Horatius Od. II, 14, 25 sqq.:

Absumet heres Caecuba dignior
Servata centum clavibus et mero
Tinguet pavimentum *superbo*
Pontificum potiore cenis.

Legatur: *superbum.*

CORRIGENDA.

Pag. 4 vs. 13 scriptum: perdat atque vastat leg.: perdat ac vastet
„ 4 „ 31 „ extat „ continetur
„ 6 „ 27 sqq. „ Quae autem imaginum coacervatio maior est in operibus moralibus, ubi ipsa rerum enarratio nimiam illam copiam fere excludit, quam in vitis parallelis. Lege: Quae autem imaginum coacervatio maior est in operibus moralibus quam in vitis parallelis, ubi ipsa rerum enarratio nimiam illam copiam fere excludit.

Pag.	8	vs.	5	scriptum:	auctoribus	leg.:	scriptoribus
„	9	„	26	„	ὲις	„	εἰς
„	11	„	22	„	dicit	„	scriptor dicit
„	14	„	14	„	γευόμευυς	„	γευόμενος
„	14	„	19	„	γευσασθαι	„	γεύσασθαι
„	14	„	28	„	dicit	„	noster dicit
„	17	„	6	„	dicit	„	dicit Plutarchus
„	41	„	23	„	πλημμελείx	„	πλημμέλεια
„	80	„	30	„	ποῦς	„	πούς

Leviora corrigat lector benevolus.

SOL JUSTITIAE ILLUSTRA NOS

Typ. I. van Boekhoven — Traiecti ad Rhenum.